www.e-rara.ch

# Pandectarum sive partitionum universalium Conradi Gesneri Tigurini, medici & philosophiae professoris, libri XXI

Gessner, Conrad

Tiguri, anno 1548

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: 5.13,2

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-1936

Pandectarum sive partitionum universalium, quae secunda pars bibliothecae est Conradi Gesneri, liber primus de grammatica.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# PANDECTARVM SIVE

## PARTITIONVM VNIVERSALIVM, QVAE SEcunda pars Bibliothecæ eſt Conradi Geſneri, Liber primus de Grammatica.

### TITVLI LIBRI I.


TITVLVS I. De philoſophia, ſapientia, doctrina, & pertinentibus ad eas, in genere. Sunt autem eius partes 14.

1 De philoſophia quædam in genere.
2 De ſapientia & ſapiente.
3 Laudes philoſophiæ, & quibus ſtudijs recte coniungatur.
4 De honore doctrinæ.
5 De fructu doctrinæ.
6 De uiris doctis in genere.
7 De ſectis philoſophorum et artiũ inuentione.
8 Philoſophiæ diuiſio.
9 Contra philoſophos.
10 De ratione ſtudiorum.
11 De linguis.
12 De ſcholis & diſciplina.
13 Libri in oẽs artes liberales, et totã philoſoph.
14 Scribendi & bibliothecæ inſtrumenta.

Titulus II. De Grammatica in genere, de literis (Græcis & Latinis) ſyllabis, ſcriptura, &c.

III. Rudimenta Grammaticæ.

IIII. Grãmaticæ perfectiores, & Grãmaticæ ſimpliciter.

V. De orthographia.

VI. De ſyntaxi.

VII. De proſodia.

VIII. De etymologia: differentia uocabulorum & ſynonymia.

IX. Dictionaria Latina.

X. Vocabula quędã inſigniora, ordine literarũ.

XI. Prouerbia.

XII. Nomenclaturæ rerum uariarum, per ordines quoſdam.

Pars 1. De nomenclaturis rerum in genere, & de quibuſdam particulatim, ut domo & ſuppellectile.
2 De cibis, ponderibus, & menſuris.
3 De coloribus, & re ueſtiaria, &c.
4 De coronis.
5 De nominibus, & cognominibus hominum proprijs.
6 De ludis.

XIII. De uarijs, cuius partes ſunt 8.

Pars 1. De authoribus, qui uaria ſcripſerunt uno in opere, apud Græcos & Latinos. Et qui in uarios authores eodem in opere aliquid obſeruauerint.
2 De indicibus librorum arte parandis, quam quis ad alios etiam libros quouis ordine inſtituendos, & ſtudiorũ ſuorum rationẽ adhibere poterit. De indicibus copioſis, qui in authores aliquot à ſtudioſis hominib. cõfecti ſunt. Ratio parandorũ indicũ in publicas uel priuatas, magnas bibliothecas.
3 Problemata, quæſtiones, & diſputationes.
4 De locis communibus.
5 De ratione colligendi locos communes, eorũq́; exempla ſiue materia, circiter 950.
6 De collectaneis locorum cõmunium, tum adeſpotis, tum ſecundum nomina authorum alphabeti ordine digeſta.
7 De bibliothecis, id eſt, catalogis ſcriptorum, & locis multorũ librorum cuſtodia inſignibus, & ſtructoribus eorum.
8 De mirabilibus.

XIIII. De puritate & elegantia linguæ Latinæ.

XV. De imitatione & ſtylo.

XVI. Contraria ſcripta Grammaticorum.

XVII. Dialogi Latini.

XVIII. De epiſtolis. Huius tituli pars prima eſt deſcribendis epiſtolis, ſeu cõponendis. Secunda habet exempla ſecundũ uaria genera epiſtolarũ. Tertia authores epiſtolarũ Græcos & Latinos ordine alphabeti enumerat.

XIX. De linguis diuerſis.

XX. Grammatica Græca. Partes ſunt 8.

1 De laudibus Græcæ linguæ.
2 De literis.
3 Authores artis grãmaticæ ordine literarum.
4 De orthographia.
5 De lexicis.
6 De dictionib. aliquot Græcis: & transferendi exempla.
7 Vocabula aliquot Græca, ordine alphabeti.
8 Dialogi. Epiſtolæ enim inter Latinas numeratæ ſunt.

XXI. Grãmatica Hebraica. Huius pars altera libros plurimos in diuerſis argumentis, qui in hac lingua aut ſimilib. extãt, enumerat.

# PANDECTARVM LIBRI PRIMI DE GRAMMATICA TITVLVS PRIMVS, DE PHIloſophia, ſapientia, bonis literis, ſtudijs, ſcientijs, artibus & linguis in genere.

QVANDOQVIDEM artes ac ſcientię omnes, & humanitatis ſtudia, & linguarum cognitio, ceu ſoboles ad Philoſophiam fœcundiſſimam parentẽ referuntur, ac ueluti rami cum frondibus ampliſſimæ arboris ab una ſtirpe naſcuntur, ita ut nulla ars aut inſtitutio ſit, quæ modo dignitate & laude ulla uel utilitate ſplendeat, quin ad Philoſophiam aut inſtruendã, aut perficiendam, aut ornandam pertineat: de hac, & ijs quæ ad ipſam communius attinere uidebantur, primus huius Operis Titulus erit. Quod præmonere uoluimus, ut admiratio, cur non ſtatim à Grammatica cœptum ſit, aboleretur. Quanquam enim ab initio Libri de prima philoſophia Titulus hic idoneum locum habuiſſet, tamen ut ſplendidior primus Operis ingreſſus foret, huc collocare maluimus, præſertim cum etiã minoris momenti quædam, quàm ut primæ philoſophiæ adiungi poſſent, non incommode hic apposita uideantur.

## TITVLI PRIMI PARS PRIMA, *de Philoſophia quædam in genere continet.*

De origine & incremẽtis philoſophiæ, oratio M. Ant. Sabellici. Item Laërtius lib. 1.

De origine philoſophiæ, & philoſophorum ſectis, Io. Ant. Flaminius.

De origine ac duobus eius principijs, Polyd. 1. 16.

An ſit philoſophandum, Cel. Rhodig. 17. 17.

De philoſophia, Io. Damaſcenus Græce. L. Apuleius, Octauianus, Geor. Maior ex Simil. Coruinus ex Apophtheg. Bruſolus 5. 20. Manip. florum. Lumen animæ 186. c. p. 2. Sermo Roberti Britanni. Io. Tortellius in opere de Orthographia in p.

Philoſophiæ ſtudium, Sophilogium 1. 1. 12. & 13.

De philoſophia & diſciplina S. pater Max. loco 17. & Antonius parte 1. Meliſſæ, loco 50.

De philoſ. uel Amatores, Plato.

De philoſ. ſeu ſapientia doctorum, Io. Valeñ. in Breuiloquio.

De philoſ. & mathematica lib. 1. Geor. Vallæ.

De ſtudio diuinæ & humanæ philoſ. Io. Franc. Picus.

De ueteri philoſ. & Homero, Max. Tyrius.

De philoſ. uera. (.i. Theologia) lib. 4. Hadriani Cardinalis.

De philoſophica doctrina, ac diſciplina, & his connexis, Hieron. Paduanus lib. tertio tertiæ partis. Et primò ſtatim de philoſ. & ſcientia literarũ.

De differentijs Platonis, Ariſtotelis & Moſis, Acticus.

Pictura mentis ignorantis, & doctæ, Marſ. 6. 61.

Inſcitia, ignauia, Geor. Maior ex Similib.

Eruditionis theſaurus, Bruſolus 3. 31.

Scientiarum cognitio, ibid.

Doctrina, Lumen animæ 74. c. p. 2. Octauianus.

Doctor, ibidem.

De doctrina & ſermone, S. pater Maximus.

Diſcere, Lumen animæ, p. 2. c. 69.

Diſciplina, Lumen animæ, p. 2. c. 70. Bruſolus 2. 23. Manip. florũ. Hier. Paduanus 3. 3. 7.

Studium, Lum. animæ, p. 2. ca. 235.

Ad ſtudia literarũ problemata, Ariſtot. ſectione 10.

De ſtudio bonarum literarum, Ioach. Camerarij oratio.

De philoſophia, quod non ſit res beneficiaria, Seneca lib. 14. epiſt. 91.

Philoſophicum ſermonem omni ſubiecto conuenire, Max. Tyrius 37.

Quinam

Quinam uere philoſophiam exerceāt, Tzetzes 10.343.
Vtrum diſciplinæ ſint reminiſcentiæ, Max. Tyrius 28.
De ſcientia, Plato in Theæteto, Octauian.
Quid eſt ſcientia, Max. Tyrius 40.
Scientia uera quæ ſit, Marſil. 1.68.
De ſcientiæ dono, Guilielmus Pariſ.
De ſtudio diſciplinæ, & continuatione eius, Hieron. Paduan. 3.3.9.
Doctrina artium omnigenarum, Artemidorus lib. 1. de ſomnijs.
Artes, Octauian.
Artes, literæ: Artiū & philoſophiæ uis & uſus, Georg. Maior ex poëtis.
De ingenuis artibus, Cælius Secund. Curio.
De artibus liberalibus oratio Philp. Melanchthonis.
De diſciplinis liberalib. Aurel. Auguſtin. Hadrianus Cardinalis lib. 3.
Humanitas quid proprie, Gell. 13.15.
De ſtudijs humanitatis, Gabriel Teglatius.
De circulari eruditiōe, Tzetzes 11.377.
Artes coniunctæ, Pet. Lagnerius.
De nomine philoſophi & profeſſione, Ang. Politianus in Lamia.
Philoſophum uerum eſſe Dei amatorē, Cælius Rhod. 7.30. Vide indices in philoſophorū libros, præſertim Platonis, Ariſtotelis, Plotini, &c.

¶ *De ſapientia, & ſapiente, pars 2.*

De ſapientia fortaſſis in moralibus etiā nonnulla reperias, in Titulo de prudentia, quanquam primus philoſophus ſapientis nomen maxime mereatur.
De ſapiētia, Plato in Theage, Ambroſ. Taruiſ. Lumen animæ tit. 63. Anthologium lib. 1. ſectione 76.
De ſapientia uel ſcientia, Lumen ani. p. 2. ca. 216.
Sapientiæ commendatio, Pet. Lagnerius.
De ſapientia idiotæ, Nicolaus de Cuſa.
De ſapientia diuina, naturali, humana, dæmoniaca: de his qui lapſi ſunt commode reſtituendis, Hieron. Cardani libri 3.
De cōmuni omnium ſapientia, Franc. Petrarcha.
Philoſophia ſapientiam gignit, ſapientia parit felicitatē, Marſil. Fic. 4.49.
Sapientiæ & philoſophiæ differentia, Seneca lib. 14. epiſtola 90.
De ſapientia uera, Franciſci Petrarchæ dialogi duo.
De uero ſapientiæ cultu, Matthæus Boſſus.
De ſtudio ſapientiæ, Richard. de S. Victore, Petrus Bleſeñ. Sophilogium lib. 1. tract. 1. capitibus primis octo. Petrus Pomeranus.
Lumen eſt admirabile, quoniā eſt imago ſapiētiæ. Et quàm admirabilis ſit copula ſapientiæ cum potentia, Marſil. 12.15.
Potētiam ui quadam inſita ſapientiam cooptare, Cæl. 22.19.
Potentia ſine ſapientia nō regnat, Marſilius 7.16.
Auri ac ſapientiæ ad utrunq; felicitatē uſum indicat Miſopemenes dialogus Pandulphi Collenucij.
Allegoria quomodo Mercurius cœleſtium minimus, ſignificat ſapientiā uirtutum maximam, Marſil. 10.37.
Sapientia à ſolo Deo, Marſil. 7.1.
Aurum eſſe ſapientiam, argentum uero naturaliū notitiam, Cælius 7.24.
Prophanis ſapientia non conceditur, Marſ. 5.10.
De uenatione ſapiētiæ, Nicol. de Cuſa.
Vbi ſapiētia maior, ibi ſermo breuior, Marſil. 7.2.
Solū Mineruæ templū contra fortunæ procellas hoīes protegit, Marſil. 5.13.
De ſapiente, Carolus Bouillus.
De ſapiente & felice uiro, Marſil. 1.19.
Sapientis laus, Petrus Lagnerius.
Sapientes filij Mineruæ ſunt, hæc philoſophiam parit, philoſophia philoſophos, Marſil. 12.24.
Sapiens in diuinis quomodo, Proclus in Alcibiad. 386. 6. Baſilieñ. æditionis in 8.
Quod ſapiens malit ſibi placere, quàm populo, Seneca lib. 4. epiſt. 29.
Quomodo ſapiens ſemper debet habere animum paratum ad mortem, Seneca lib. 8. epiſt. 62.

Quod ſolus ſapiens nulla re ſolicitus ſcit ſibi uiuere, Seneca lib. 7. epiſtola 56.

Nullus incontinens poteſt ſapiens eſſe, Marſil. 5.7.

Quem in modum mihi Taurus philoſophus reſpõderit percontanti an ſapiens iraſceretur, Gell. 1.26.

Charitas & pietas potiſſimũ eſt ſapientis officium, Marſil. 11. 5.

Socrates ſapiens, Aelianus in uaria hiſtoria Græ. 27.

Pythagoras primus philoſophi nomen per modeſtiam aſſumpſit, cum prius ſophi. i. ſapientes uocitarentur.

De contemplatione, & uita contemplatiua, uide in Ethicis ubi de felicitate agitur: fortaſſis etiam in Metaphyſicis aliquid reperias.

¶ *Quæ peculiariter ad Philoſophiæ laudes pertinent, & alia huiuſmodi, pars 3.*

De Philoſophiæ laudib. Cælius Rhod. 7. 30. & 17. 17. Sadoletus. Oratio Marſilij Fic. 4. 13. Auguſtini Dathi orationes 7. Schegkius in pręfatione ſuper commentarijs ſuis in 8. libros Phyſicorum Ariſtotelis.

Ariſtotelis & philoſophiæ laus exquiſita, Cæl. 29. 8.

Philoſophiæ laus oratoria, moralis, dialectica, theologica, Marſil. 1. 121.

Literarum laus & utilitas, Pet. Lagnerius.

De laude uitæ ſcholaſticæ, Philip. Melanchthon.

Initia ſectarum, & laudes philoſophiæ, per Io. Lud. Viuem.

Laus et defenſio philoſophię, Iac. Schekkius in epiſtola præliminari ſuper Commentarijs ſuis in phyſicorum libros 8.

Commendandus ante omnes, qui ſapientiam toto orbe requirit, Marſil. 8. 45.

Quid præſtet philoſophia, Cælius Rhodiginus 13. 13.

De uera philoſophi magnitudine, quã ſophiſmata, id eſt, cauillationes præſtare non poſſunt, Seneca lib. 19. epiſtola 112.

Quomodo ad bonam uitam ueniens in philoſophiæ robore ſolidatur, Seneca lib. 2. epiſt. 16.

Encomion artium liberalium, Cæl. Calcagnini, Chriſtoph. Hegendorphini, Antonij Codri.

Pre artibus & literis, Stobæus.

Pro ſtudijs humanarum artium, Bartolem. Frexius.

Omnium artium ac ſcientiarum commendatio per Io. Lamolam.

De commendatione ſtudiorum, Laur. Calcaneus.

Quod felix & nobilis ſit philoſophus, Marſil. 12. 3.

Quomodo ad ueram libertatem philoſophia perducat, Seneca lib. 5. epiſtola 37.

Exhortatio ad modeſtiam & ſtudia literarum, Marſil. 1. 59.

Exhortatio ad ſcientiam, Marſil. 1. 21. & 1. 13.

Ad philoſophiam grauiter ſectandam hortatio, Gellius 6. 10.

Ad philoſophiã exhortatio, oratio Themiſtij.

Somnium Luciani.

Ad artes diſcendas, ſiue ad artium liberaliũ ſtudia hortatio Cl. Galeni Græce, & Latine D. Eraſmo interprete.

Ad literas exhortatio, Aen. Syluius epiſtola 4.

Ad ſapientiã uerã hortatio, Adelſonſi.

Exhortatorius, Clitipho Platonis.

Protrepticon Auſonij ad nepotẽ de ſtudio puerili.

De exercendo in philoſophia ingenio, Seneca lib. 11. epiſtola 81.

Qui ſit finis philoſophiæ, Max. Tyrius 19. & 34.

Philoſophi finem eſſe, intelligibiliũ contemplationem, Cælius 7. 30.

Adoleſcentis reſponſum ad patrem interrogantem quid didiciſſet, Aelian. in uaria hiſtoria Græca, fol. 43.

Quomodo per retractatam ſæpius philoſophiam notitia boni & mali, neceſſarij & ſuperuacui poſſit haberi, Seneca lib. 19. epiſtola 111.

Pauci negotia publica coniungũt cum ſtudio literarum, Marſil. 8. 68.

De moribus ſapientiæ profeſſorum, Plato in Protagora.

Nihil

Nihil uel mirabilius uel amabilius eſt, quàm doctrina probitati coniuncta, Marſil. 4. 12.
Quod doctrinã cum prudentia & iuſtitia cõiungere opus ſit, Volater. 28.
Sermones optimos, qui operibus conſonent, Max. Tyrius 15.
Philoſophia & religio germanæ ſunt, Marſil. 7. 27.
Conciliatio philoſophiæ & theologiæ, per Andream Camucium.
Dialogus philoſophi & theologi, Dionyſij Rickel.
Gratiæ & Muſæ à Deo ſunt, atque ad Deum referendæ, Marſil. 3. 17.
Copula philoſophiæ cum legibus, Marſil. 12. 3.
Agriculturæ literarũq; ſtudia coniunguntur feliciter, Marſil. 7. 7.
Scientiam ueram eſſe diſcere mori, Aeneas Sylu. epiſt. 77.
Quomodo philoſophia ſit mortis meditatio, Cælius 16. 18. Ammonius in Commentarijs ſuper quinq; Voces.
De morte philoſophica, non naturali, per quã anima in corpore adhuc manens, corporeas illecebras cõtemnit, uoluptatesq; & affectiones omnes exuit: & quod omnibus appetenda ſit, Macrob. in Somnium Scip. 1. 13.
Vtrum opera philoſophica regantur fato, an prouidentia, Marſil. 8. 16.
De ſalute philoſophorum ante Chriſti aduentum, Marſil. 5. 48.
De arte, ſcientia, & ſenſibus (Videtur uox corrupta) animæ, libellus Græcus incerti authoris extat in Bibliothecis Italiæ.
Ars, Georg. Maior ex Simil.
Artium loci aliquot enumerãtur infra Titulo 13. de uarijs.
Deus nominatur ars, Marſil. 2. 83.
Ars an ſingularium, Hieron. Cardanus 2. 1.
Animæ progreſſus nouem ad ſcientiæ plenitudinem, Cæl. 2. 29.
Cõſentiunt circa illud quodcũq; ſciunt aliqui, Proclus in Alcib. 432. 45. & 456. 48.
Ob notiones rerum nobis innatas, putamus nos omnia noſſe. Ibid. 430. 34.
Cognitionis eſſe innatam nobis cupiditatem, Ariſtot. lib. 1. Metaphyſ. Cæl. Rhod. 16. 19.
Omnes diſcẽdi ſtudio teneri, Pet. Lagnerius.

¶ *De honore doctrinæ, pars* 4.

Quod docti ſemper in pretio fuere, Volater. 28.
De honore doctrinarum ſtudijs exhibito, Sabellic. lib. 7. c. 5. Exempl.
Honor literis habitus, Coruinus in Apophtheg.
Artes liberales manuarijs præferendas eſſe, Lucian. in Somnio ſuo.
Militi cur honoris deferatur plus quàm literato, Cælius 23. 22.
De præcellẽtia doctoris & militis, Chriſtoph. Lafranchinus.
Vtrum literis præſtet ars militaris, Polydorus 2. 10.
Nemo ardentius amandus, quàm qui Muſas ardenter amat, Marſil. 6. 60.
Commendatio literatorum non uulgaris, Marſil. 6. 62.

¶ *De fructu doctrinæ, pars* 5.

De uſu philoſophiæ, oratio M. Ant. Sabellici.
Philoſophiæ laus & utilitas, Pet. Lagnerius.
Studiorum fructus, ſeu literarum utilitas, Bruſol. 3. 31.
De fructu, qui ex doctrina ſeu literis percipitur, Richardus Paceus.
Iſocrates diſciplinarum radices, amaras quidẽ illas eſſe, fructus uero ſuaues dicere ſolebat, Theon Chria 3.
De cultu & fructu philoſophiæ oratio, M. Ant. Sabellici.
De utilitate literarũ, Aen. Syluius epiſtola 191.
Otioſæ uitæ utilitas, Marſil. 1. 124.
Quàm utile ſit alere doctos, Marſil. 1. 16.
Quod plurimis liberalium artium ſtudijs inhærendũ ſit ei, qui ſe cum gloria cæteris imperaturũ profiteatur, Valturius 1. 2.
Philoſophiæ cognitio duci utilis, Valturius in Procemio lib. 2.
Quod nulli debent eſſe gratiores principibus, quàm philoſophiæ ſtudẽtes, Seneca lib. 10. epiſt. 74.
De conſolatione philoſophiæ libri 5. A-

nitij Man. Seue. Boëtij. Hos libros caſtigauit Io. Cæſarius, Commentarijs illuſtrauere Murmellius & Dionyſius Rickel.

Vtrum circulares diſciplinæ conferant ad uirtutem, Max. Tyrius 21.

De liberalibus artibus, ubi docet de ſingulis, quod animum ad uirtutē non perducunt, ſed tantum præparant, Seneca lib. 13. epiſt. 89.

Philoſophia non aliena à republica, Aelian. fol. 18. Variæ hiſtoriæ Græcæ.

Philoſophi qui bene remp. adminiſtrarint, Ibid.

Philoſophi duces, & reip. adminiſtratores, Aelian. fol. 34. Variæ hiſtoriæ Græcæ.

*De uiris doctis in genere, pars 6.*

De uiris doctis Pet. Lagnerius.

De Romanorum ſtudio in bonis diſciplinis, Crinitus 14.10.

De literis, hisq́ qui maxime earum ſtudijs incubuere, plurima memoratu digna, Valtur. 1.3.

In philoſophos!, Anthologium lib. 1.86.

Philoſophorum imagines, Anthologiū lib. 4.32.

Philoſophorum epitaphia, Anthologiū lib. 3. 32.

Ex quibus oppidis, quibusq́ regionib. aut terrarum oris, ingenio clari & præcipua doctrina uiri plures euaſere, Alexander ab Alex. 6.5.

Mulieres in doctrinis celebres, Cæl. 14. 1.

Paupertas philoſophorū quorundam, Ael. Variæ hiſtoriæ Græcæ fol. 21.

De augenda doctrina priorū, & eorum ueneratione, Seneca lib. 8. epiſt. 65.

Philippus doctrinam coluit, Aelianus Græcus, fol. 27.

Artificioſa cōmendatio docti uiri, Marſil. 9. 19.

*De ſectis philoſophorum, & artium inuentione, pars 7.*

De ſectis philoſophorum, Diogenes Laërtius li. 1. Celſus, Sophilogiū 1.1.15.

De ſectis, uel Hermotimus, Lucianus.

De origine philoſophiæ, ac philoſophorum ſectis, Io. Ant. Flaminius.

Initia ſectarum, & laudes philoſophiæ, per Io. Ludouicum Viuem.

Philoſophorū genera duo, Cælius 10.8.

De philoſophorum quatuor diſciplinis celebrioribus, Aug. Dathus.

De philoſophorū opiniōibus, Symeon Beſtius.

De philoſophorum ueterum uarijs opinionibus, ad unam ferè tamē ſententiam concurrentibus, Ang. Decembrius 1.7.

De Muſarū inuentis, P. Vergil. Maro.

Ex artibus inuentis prouidētiæ demonſtratio, Theodoretus de prouidentia lib. 4.

Paupertas inuenit artes, Theocritus Idyllio 25.

Res & artes omnes ad hoc culmen per gradus paulatim perueniſſe, Lucretius circa finem libri 5.

De rerum artiumq́ inuentoribus, M. Ant. Sabellicus.

De inuentione artiū Belinus, cōuerſus è Græco ab authore Luminis animę.

Artes mechanicas à philoſophia minime inuentas, Seneca lib. 14. epiſt. 91.

*Philoſophiæ diuiſio, pars 8.*

De philoſophiæ diuiſione, ſiue partitione in mēbra, Angelus Politianus in Panepiſtemone. Georgius Pachymerius & Pſellus, quorum libellos Iacobus Foſcarenus è Græcis Latinos fecit, & de ſex philoſophiæ modis ſeu definitionibus libellus cum eiſdem excuſus. Ammonius in v. uoces, Græci interpretes Ariſtotelis ferè in procœmijs ſuorum commentariorum, Iac. Schekkius initio cōmentariorum in 8. libros Phyſicorum, & in procœmio Compendij eorundem: Cælius 25.12.

Tabula de philoſophię partibus, Gaſparis Bruſchij.

Vtrum pars philoſophiæ ſuperfluat diſputatio, Seneca lib. 14. epiſt. 95.

De tribus philoſophiæ partibus, quarū nullam Cicero intactam præterierit, Macrob. in Som. 2.17.

De utilitate diuiſionis philoſophię, &c. Et de partib. eius, Seneca lib. 14. Epiſtola 90.

De ſcientiarum diuiſione, Daniel Barbarus in v. uoces.

Contra

¶ *Contra philoſophos ſimpliciter, & contra falſos philoſophos, pars 9.*

Marſilij ironia aduerſus philoſophorũ aduerſarios, Marſil. 5. 33.

Philoſophia à quib. laceſſita, Cæl. 29. 8.

Contra omnes ſcientias ſceptica, Sexti Empirici.

In ſcientiarum incertitudinem inuectiua, Hen. Corn. Agrippæ.

Contra philoſophos, Algazelis propoſita 14.

Contra philoſophos gentiles, Hermeas philoſophus.

Contra artes & literas, Stobæus.

Philoſophorum ſcommata, Anthologij lib. 2. ſectione 57.

De miſeria literarum lib. 2. Pontici Virnij, aliàs Virumnij.

Scitum reſponſum Ariſtippi, cum rogaretur cur homines doctiores diuitũ domos atque principum frequenter adeant, minime autẽ ad eos diuites, Crinit. 7. 14.

Lacedæmonij literis non uacabant, Aelian. in Varia hiſt. Græca, fol. 57.

Quod Romani homines initio imperij contempſerint meliores diſciplinas, Crinit. 5. 4.

Philoſophos, qui imperia arripuerint, crudelius illiteratis rem adminiſtraſſe, Cæl. 22. 21.

Cuiuſmodi ſint, quæ ſpeciem doctrinarum habeãt, ſed neq; delectent, neq; utilia ſint, Gell. 14. 6.

Charitas potius, quàm ſciẽtia, transfert in deum. Marſil. 7. 50.

De philoſophia inani iuxta Apoſtolũ, Philip. Melanchthon.

Philoſophiam ethnicorum uituperantes, & ut impiam abijcientes, ſententiæ ex uarijs eccleſiæ doctoribus, libellus impreſſus in quarto in Germania.

De amore contemptuq; mundi, & ſtudio profanæ uel ſecularis philoſophiæ, Eucherius Lugdunẽ.

Philoſophi ſæpe dum diſcunt curioſius diſputare, interim conſultare dediſcunt, Marſil. 5. 8.

Ex ſapientibus fieri melancholicos & inſanos, Crinit. 21. 9.

De hoc, Ne ſis ſapiens apud teipſum, Tzetzes 9. 264.

De hoc, Plena quidẽ terra ſapientum, plenumq; mare, Tzetz. 11. 392.

Verba Senatusconſulti, de exigendis urbe Roma philoſophis, Gell. 15. 11.

Philoſophis impuræ uitæ quid dixerit Epictetus, Gellius 19.

Contra philoſophantes nomine & non re, Gellius 13. 22.

Philoſophi bibaces, Cælius 18. 31.

In barbaros philoſophos, Hermol. Barbarus.

Cur philoſophorum Muſæum Timon appellàrit talarum, Cælius 15. 25.

Qui Muſis abutuntur, non mel, ſed fel ab earũ fonte reportant, Marſil. 5. 15.

Ab Herode Attico C. V. tẽpeſtiue deprompta in quendam iactabundum adoleſcentem, ſpecie tantum philoſophiæ ſectatorem uerba Epicteti Stoici, quibus feſtiuiter à uero Stoico ſeiunxit uulgus loquacium nebulonũ, qui ſe Stoicos nuncuparũt, Gell. 1. 2.

Quod Muſonius philoſophus reprehendit, improbauitq; laudari philoſophum differentem à uociferantibus, & in laudãdo geſtientibus, Gell. 5. 1.

Quibus uerbis notàrit Herodes Atticus, falſo quempiam cultu, amictuq; nomen, habitumq; philoſophiæ mentientem, Gell. 9. 2.

Locus exemptus ex Platonis libro, qui inſcribitur Gorgias, de falſæ philoſophię probris, quibus philoſophos temere inceſſuit, qui emolumenta ueræ philoſophiæ ignorãt, Gell. 10. 22.

¶ *De ratione ſtudiorum, pars 10.*

De tribus hominum generibus ad philoſophiam uenientium, Seneca li. 7. epiſtola 53.

Qui aptiores ad doctrinã, & quid aut quomodo diſcendum, Volater. 28.

Morbus quibus fuerit cauſa diſcendi, Aelian. in Varia hiſt. Græca, fol. 26.

Totus ferè hic liber primus de Grãmatica, ad communem ſtudiorum rationem inſtituendã pertinet: multa uero peculiariter ad hunc ſcopum trademus Titulo 13. de uarijs.

Plato quomodo cœperit philoſophari, idem Ael. fol. 21.

Quæ cauſa, quodq́ꝫ initium fuiſſe dicatur Protagoræ, ad philoſophiæ literas adeundi, Gellius 5.3.
Studendum iugiter, Sophilogiũ lib. 1. tract. 1. cap. 9.
Non eſſe in literis deſperandum, ſed aſſidue pergendum, Pet. Lagnerius.
Quod excluſis occupationibus continuato ſtudio philoſophandum ſit, Seneca lib. 10. epiſt. 73.
De ætate acceptabili diſciplinæ, Hieron. Pad. 3.3.8.
Ad doctrinam magiſtros eſſe neceſſarios, Volaterr. 28.
Cõſilia de puero literis inſtituendo, Friderici Nauſeæ.
De ratione ſtudij puerilis, Io. Lud. Viues. Idem liber Italice extat hoc titulo, De inſtitutione liberorum in artibus liberalibus.
De ſtudio puerili, Decius Auſonius.
Lectio, Geor. Maior ex Simil.
Eruditio & lectio, Coruin. in Apopht.
Imitatio utilior eſt q̃ꝫ lectio, Marſil. 1. 3.
Omne genus ſcriptorum excutiendũ, Cælius 17.17.
De librorum uarietate, Haymo.
Sermo Luciani contra indoctum librorum copia tumentem.
De multiplicium uoluminum lectione uitãda, Seneca libri neſcio quoti epiſtola 2.
De libris ſecularibus, ſeu gentilium, legendis, Baſilius magnus: cuius interpretem Leonardum Aretinum habemus.
Gentiliũ literæ ut adhibendæ, Hieron. Stridoneñ. Tomo 2.
De libris caute legendis Ioan. Gerſon. Tomo 1.
De lectionis delectu, atq́ꝫ legendi ratione, Sabell. lib. 2. c. 7.
Poëtas quomodo citra noxam legas, Cælius 7.3.
Poëtarũ & aliorũ laſciua ſcripta pueri & adoleſcentes ne attingant, dialogi tres noſtri, cum Martiale ex caſtigatione noſtra Tiguri excuſi.
Cur Homerus in Rep. Platonis, ceu adoleſcentium auribus incõmodus, reijciatur. Proclus in Remp. tranſlationis noſtræ cap. 19. Idem argumentum in toto illo libro, quantum eius nos trãſtulimus, fuſiſſime tractatur.
De modo eligendi commentarios, Seneca lib. 6. epiſt. 45.
Quod in dictando fertilis eligenda eſt materia, Seneca lib. 6. epiſt. 46.
Didaſcalicon, Hugonis de S. Victore lib. 6.
De Grammatica exercitatione, Baſilius magnus.
Ordo ratioq́ꝫ docẽdi in Gymnaſio Geneuenſi, Latine & Gallice impreſſa Geneuæ, in libello & in tabulis.
Ratio inſtituendi diſcipulos, Ioan. Lud. Viues.
De ratione ſtudiorum, & officio diſcipuli, Quintilian. lib. 1.
Declamatio de primorũ ſtudiorum ratione, Sebaſt. Linckij.
De ratione ſtudiorum, Ant. Bellinus, Vitus Amorbachius, Ioachim. Fortius Ringelbergius, Ioan. Eccius.
De inſtituenda ſtudiorum ratione, ad nepotes ſuos Baſilij Magni Paræneſis, Græce & Latine ſimul excuſa Baſileæ apud Hen. Petrum, cum annotationibus Iuſtini Gobleri.
D. Eraſmus Rot. ſcripſit de ratione & ordine ſtudendi: de repetendæ lectionis norma: de ratione colligendi exempla, Tomo 1.
De ratione ſtudij, ac legendi, interpretandiq́ꝫ authores, Io. Lud. Viues.
De ſtudio formando, Rodol. Agricola.
De ſtudio literarum cõmode inſtituendo, Guliel. Budæus.
De modo ſtudendi, Herman. Schildis.
Modus uere philoſophandi, Ioan. Carnoteñ. 7.
Pro ſtudiorum innouatione, Rodolph. Agricola.
De corrigendis adoleſcentiæ ſtudijs, oratio Phil. Melanchthonis.
De ſtudijs moderandis, Cælius Calcagninus.
De ſtudiorum uſu, & diſputationibus, Leon. Aretinus.
De communicatione ſtudiorum & operarum, oratio Phil. Melanchthonis.
De ſtudiorum conditione, Io. Pierius.
Quæ poſt finem ſtudia, Quintilianus cap. ultimo ſui operis.

Adole-

Adoleſcentia Iac. VVimpfelingij.
De optimo docẽdi genere Galeni liber Græc. & Lat. interprete D. Eraſmo Roterod. Tom. 1. Sed nihil aliud in illo, quàm Pyrrhonios refutat, qui omnem certam ſcientiam & demonſtrationem tollebant.
Philopatris, ſeu qui docetur, Lucian.
Ratio docendi, laudandi, uituperandi, Marſil. 1. 108.
Docendi modus, Sophilogium 1. 1. 11.
De moderanda cupiditate diſcendi: & quanti profectus ſit ſapientem ſæpius audire: & quod maiori impetu iuuenes ad philoſophiam quàm ſenes accedimus: ubi notat eos qui dicunt decus philoſophiæ eſſe, diſputare, non uiuere, Seneca lib. 19. epiſtola 109.
Diſcendi & loquendi ratio, Marſil. 3. 51.
Quod etiam in ſenectute diſcendũ eſt, Seneca lib. 10. epiſt. 77.
De ordine diſcendi, oratio Philip. Melanchth.
Diſcẽdi ordo ſeruandus, Aug. Dathus.
Quod nunquam nimis dicitur, quod non ſatis diſcitur, Seneca lib. 3. epiſtola 27.
Philoſophum non cõtingere abſq; matheſi, Cælius 7. 30.
¶ Quomodo omnia philoſophiæ uerba pondus habent, & quàm turpe ſit ſemper ex commentario ſapere, Seneca lib. 5. epiſt. 33.
Quod uerba philoſophi nec accurata debent eſſe, nec arida: & de tribus generibus in philoſophia proficientium, Seneca lib. 10. epiſtola 76.
Quod philoſophi oratio magis debet eſſe ſimplex, plana, quàm compoſita, uel ſolicita, Seneca lib. 16. epiſtola 101.
De ſtilo in genere peculiaris infra locus erit.
De acie ingenij, non in uerbis, ſed in rebus exercenda, Seneca lib. 6. epiſtola 45.
Quod omni ſuauitate loquendi melior eſt philoſophicus ſermo, Max. Tyrius 12.
¶ Quàm multiplici doctrina pręſtet Io. Picus Mirandula, & iudicium ab eo egregie factum, de Hebręis, Græcis, atq; Latinis doctrinis, earumq; differentia, Crinitus 5. 1.
Reſpõſum Raphaëli Volaterra. quare legum & cauſarum ſtudio intermiſſo, in his mitioribus ſtudijs oblectaremur, Alexander ab Alex. 6. 7.
Solitudo literatis neceſſaria, Marſil. 7. 42.
Quando & quibus de reb. philoſophandum in cõuiuio, Macrob. Satur. 7. 1. Eſt etiam apud Plutarchũ hæc quæſtio, in Sympoſiacis ni fallor.
Qui bene poti ad ſcribendum acceſſerint, Cæl. 28. 6.
Cuiuſmodi ſint, quæ ſpeciem doctrinarum habeant, ſed neq; delectent, neque utilia ſint, Gellius 14. 6.
Quomodo philoſophia utendum ſit, Seneca lib. 17. epiſt. 104.
Quod doctrina omnis ad theologiã & philoſophiã referenda, Volaterr. 28.
Philoſophus tria potiſſimũ deuitare debet, Venerea, auaritiam, ambitionẽ, apologus, Marſil. 7. 14.
Studium diuitiarum atq; dignitatũ, maxime omnium nocet ſtudio literarũ, Marſil. 8. 44.
Nihil magis impedit literas, quàm ciuilis ambitio, Marſil. 8. 67.
Philoſophus, nõ ut philoſophus, ſed ut homo pecuniã appetit, Marſil. 1. 100.
Philoſophia cum fortuna & diuitijs nõ coniungitur, Marſil. 11. 38.
Vbi plus fortunæ, ibi ſapientiæ minus, Marſil. 11. 39.
Quod tendentem ad philoſophiam impedit mundanæ felicitatis falſa æſtimatio: Et quod ſolum ſtudioſum ingenium facit aliquem clarum, Seneca lib. 3. epiſt. 21.
Quomodo ad philoſophiã tendẽti paupertas expediat, Seneca li. 2. epiſt. 17.
Quod bona fortunæ ſunt fugienda philoſophanti, conſcientia ſua cõtento, propter ueram libertatem acquirendam ex ſeruitute animi impendenda philoſophiæ diſcendæ & operandæ, Seneca lib. 1. epiſtolarum.

¶ *De linguis, pars* 11.

De linguis diuerſis ſingillatim uide, Titulum 19.

De laudibus linguæ Latinæ, M. Ant. Sabellicus.

De ſtudio linguarum oratio Philip. Melanchthonis.

Apologia ad Latomum de linguis, D. Eraſmus Rot. Tomo 9.

De tribus linguis, Gręca, Lat. & Hebr. Iacobi Latomi dialogi.

De præſtantia linguæ Latinæ, in Plautum, M. Ant. Sabellic.

De differentia idiomatum, Hugolinus patriarcha Conſtantinop.

De cōfuſione linguarū, Philo Iudæus.

De linguis gentium, neſcio quis theologorum, 9.

Oratio de uariarum linguarum cognitione, Petri Moſellani.

Antibarbarorū liber, Deſ. Eraſmi Rot. Tomo 9.

In oblatratores politioris literaturę Carmen Angeli Andreæ.

In barbaros philoſophos, Hermol. Barbarus.

¶ *De præceptoribus, & diſcipulis, & ſcholis, earumq; diſciplina & legibus, pars 12.*

Præceptores, Pet. Lagnerius, Bruſolus 5.2.

Magiſter, Manip. florum, Lumen animæ p.2.ca.138.

Doctrina, ſiue doctor, Manip. florum.

De doctrina, & doctoribus ſeu magiſtris, Hier. Pad. 3.3.3.

Auditor, Manip. florum.

Auditores ꝓ diſcipulis cur, Cęlius 11. 13.

Diſcipulus, Bruſolus 2. 32.

Quantum bonis præceptoribus diſcipuli debeant: ac de Alexandro Macedone erga præceptorē Ariſtotelē, Crinitus 4.4.

Pietas in præceptorem, Coruinus in apophth.

Diogenes adoleſcentem conſpicatus petulantem, ipſe pulſauit cuſtodē, tantum locutus: Cur tu ad hunc modū inſtituis? Theon Chria 2.

Hercules cithara pulſare didicit, & præceptorē occidit, Aelianus Variæ hiſtoriæ Græcæ fol. 22.

Ad doctrinā magiſtros eſſe neceſſarios, Volaterr. 28.

Quomodo magiſtrum delectat profectus diſcipuli, Seneca lib. 5. epiſt. 34.

De ſcholis conſtituendis, & exhortatio puerorum ad ſcholas, M. Lutheri.

De ludis literarum recte aperiendis, Io. Sturmius.

De reſtituendis ſcholis oratio Phil. Melanchthonis.

Pro ſcholis inſtaurandis, Eumenij rhetoris oratio.

Leges Gymnaſij Vuitebergenſis, impreſſæ carmine in 8. cum alio quodā libello.

Academię Vuitebergēſis leges, quę bis quotannis publice recitantur. Item collegij theologici, & collegij philoſophici leges. Impreſſæ in 4. 1546.

Leges ſcholaſticę Argētoratenſes, iambis trimetris per Adamum Siberum deſcriptæ.

Inſtituta Academiæ Spilenbergēſis Parthenianæ, excuſa Venetijs, 1540.

Ridere in Academia non licebat, Aelian. in Varia hiſt. Græca, fol. 22.

De admonitione ſcholaſticorū ſeu philoſophantium, Io. Valenſis Communiloquij parte 5.

De diſciplina ſcholarium Boëtius, cum cōmentarijs Thomæ Aquinatis. Idē opus cum barbaro commentario impreſſum eſt Argentorati anno 1491. in 4.

De diſciplina ſcholarium, Dionyſius Rickel.

De utilitate examinum ſcholarum, Philip. Melanchthon.

De gradibus ſcholaſticis, idem.

De promouendis ad magiſterium, dialogi duo Iod. Galli.

In Scholaſticam præfecturam, Philip. Beroaldus.

De præſumptionis excuſatione ad recitandum puncta pro doctoratus examine aſſignato (in iure) oratio 21. ex 30. per Albertum de Eyb collectis.

De cōmendatione eius cui Licentia ad doctorandum eſt conceſſa in iure, oratio 24. ex 30. per Albertū de Eyb collectis.

De petitione inſignium doctoralium in iure ciuili, oratio 25. ex 30. per Albertum de Eyb collectis.

De commendatione doctorandi, cum ei in-

ei inſignia doctoralia ſunt tradenda, oratio 26. ex 30. per Albertū de Eyb collectis.

De gratiarum actione pro receptione doctoris alicuius in collegium docto rum, oratio 27. ex 30. per Albertum de Eyb collectis.

De laudibus d. Hertnidi de Lapide in electione eius ad dignitatē officij Rectoratus Vniuerſitatis, oratio Gotfridi Lange.

Inter orationes Phil. Melanchthonis, & in Appendice Margaritæ poëticæ, extare puto orationes aliquot non ineruditas in laudem doctorum aliquot uirorum, qui ad inſigniorem aliquem eruditionis nomine titulum promouebantur. Et earum, ſi bene memini, mentio fit inferius inter Orationes.

¶ *Libri & compendia in omnes artes liberales, uel in totam philoſophiam pars 13.*

Vide in philoſophis, qui ſcripſerint in totum Ariſtotelem.

Hiſtoria philoſophica Cl. Galeni, Porphyrij.

Plutarchi de placitis philoſophorum libri prorſus phyſici ſunt.

Philoſophia cōpendiaria Adamantiōis.

Synopticum opus philoſophię, Logica, Arithmetica, Muſica, Geometria, de anima. Codex Græcus hac inſcriptione, Romæ extat in bibliotheca Pontificia.

Compendium philoſophiæ, Nicephori Blēmidæ, Georgij Pachymeræ, Hermolai Barbari, Hugonis de S. Victore, Dionyſij Rickel.

Summa philoſophiæ, Alberti Magni, Pauli Veneti.

Philoſophia tota, Symphoriani Campegij.

In totam Ariſtotelis & Auerrois philoſophiam Index M. Antonij Limaræ: coniunctis in unum alphabeti ordinem ad quācunq; philoſophiæ partem ſpectantibus.

Anticlaudianus, Alani de Inſulis.

Margarita philoſophica, Gregorij Reiſchij.

Quadratum ſapientiæ, continens in ſe 7. artes liberales ueterum, Ioan. Fœniſecæ.

Breuiarium diuerſarū artiū, Theophili.

Introductio in omnes ſcientias, Raymundi Lullij.

De ſeptem artibus liberalibus, Salomō epiſcopus Conſtantieñ.

De nuptijs philologiæ & Mercurij, ſiue 7. artibus liberalib. Martianus Capella: Remigij commentarij in eundem.

De artibus liberalib. & cyclicis, Raph. Volaterran. 33.

Doctrinale ſpeculū Vincentij Belluaceñ. libri 17.

Inſtitutio ſecularium literarum, ſiue de omnibus artibus liberalib. M. Aur. Caſſiodori.

Problemata encyclia apud Ariſtotelē, ſectione 38.

De artium reductione, S. Bonauētura.

De diſciplinis corruptis & tradendis, Io. Ludouici Viuis libri 12.

De expetendis & fugiendis. i. de omnibus 7. artibus & tota philoſophia, Georg. Valla.

Philoſophicæ definitiones, Ioannis Damaſceni, Græcę: item aliæ Platoni attributæ.

Amphitheatrum Iulij Camilli.

¶ *Scribendi & Bibliothecæ inſtrumenta, pars 14.*

Quo habitu ac figura ſtilus eſſet apud ueteres, ac de parte eius deletili: & quid item ſit ſtilum uertere, ex Auguſtino, Hieronymo, & alijs, Crinit. 17. 4.

Stilum uertere quid ſit apud Horatium lib. 1. Sermonum, Cælius 24. 24.

In ſtilum, ſiue graphida, Anthologij li. 1. ſectione 18.

Calamus, Aelian. in Varia hiſt. Græca, fol. 22.

Quid ſit charta opiſthographa apud Iurecōſultos, de qua Vlpianus mentionem fecit, & quot chartarū genera fuerint, Alexander ab Alexand. 2. 30.

De conſpicilijs libellus Petri Cholini.

Bibliotheca diuerſis authoribus, & inſtrumentis ornata, Martialis noſter Titulo 80.

Bibliotheca, & quicquid ad eam pertinet, Fran. Marius Grapaldus lib. 2. cap. 9. de partibus ædium.

Infra quoq; partem Tituli 13. de uarijs, Bibliothecam inſcripſimus, quæ catalogum texit illorũ qui diuerſas lucubrationes authorum, ut nos in prima Bibliothecæ parte, poſteris commemorauerunt.

LIBRI PRIMI DE GRAMmatica, *Titulus* II.

¶ *De Grammatica in genere, & grammaticis ſcriptoribus: mox de literis & ſyllabis, &c.*

COmmẽtarij, ſcholia, annotationes, paraphraſes, &c. diuerſorum in diuerſos authores, pręſertim hiſtoricos et poëtas, ad Grammaticam quoq; referri debebant. Verum ea nos breuitatis cauſa, non hic unum in locum, ſed paſſim unà cum ipſis authorum libris, in quæ ſcripta ſunt, pro argumenti ratione diſpoſita collocabimus.

Vide ſupra qui de VII. artibus ſcripſerint, quarum prima eſt Grãmatica.

De Grãmatica, multa apud Quintilianum, Sophilogium 1.2.1.

De origine grammaticæ & quantũ ualeat, Polyd. 1.7.

De excellentia Grammaticæ, Plinius li. 7. c. 37.

De grammatica & uocabulis Iſidorus.

De grammaticis, Smaragdus.

De illuſtribus grammaticis, C. Suetonij Tranquilli liber.

De ratione docendi grammaticam ſynopſis, Cælij Secundi.

De illis quæ ſtulte ex dialectica & metaphyſica in grãmaticam deriuata ſunt ſuperiore ſeculo, Io. Lud. Viues li. 2. de diſcipli. Ex dialectica (inquit) ſumpſerunt diffinitionum et diuiſionum rationes, argumẽtationes, maiorem, minorem, concluſionem, conſequentias. Vnde ſunt Quæſtiones ſuper Donatum, & Gloſa notabilis cum argumentis & manulis: & alia iucundiora dictu quàm lectu. Tum ex metaphyſicis realitates, formalitates, entitates, de modo ſignificandi uocum: de quo ſcripſerunt Scotus, & Albertus Saxo: & libellus Boëthi, tam illius, quàm cui titulus eſt de ſcholarium diſciplina. Quare nullam ego in uniuerſa artium omniũ corruptela ineptiorem aut ſtultam magis excogitatam unquam eſſe arbitror: ut quæratur cur nomen hoc maſculinũ ſit, illud neutrum, hoc uerbum actiuum, illud deponens.

Exegeticen grammaticã amiſimus: methodicen uero clauſis Donato, Priſciano, Capro, Phoca, Diomede, & reliquis ueteribus inuaſerunt: qui quũ de ſermone Latino præciperẽt, eas ipſas præceptiones barbare tradebãt, ut Alexander Gallus: & quia expoſitionem uocabulorũ qualemcunq;, aliquam certe oportebat ſcholis perhiberi, Donato, Seruio, Acroni, Porphyrioni, Feſto, Varroni, Marcello, & huius notæ, ſucceſſerũt Hugutio, Papias, Catholicon, Brachylogus, Græciſmus, Io. de Garlandia, & alia ridicula nomina. Viues li. 2. de Corrupta Grammatica.

Apud Ligures, &c. poſt Doctrinale Alexandri, Euæ Columbæ, Proſpero Aquitanico, & Vitæ Scholaſticæ, totis ingenij uiribus inhærent, Gaud. Merula in Terentiano.

Baldus, Colla Montanus, Guarinus, & Io. Boſſius (aliâs Albertus Boſſius) Itali, neſcio quæ parui momẽti grammatica ſcripſerunt, ſuperioribus annis trita in ſcholis.

In grãmaticos, Anthologij lib. 1. ſectione 17.

Grammaticorum ſcommata, eiuſdem lib. 2. ſectione 10.

Grammatici analectæ qui ſint, Cælius 13.31.

Sermo quidam Phauorini philoſophi cum grammatico iactantiore factus in Socraticum modum, Gellius 4. 1.

Contra grammatiſtas & ineptos literatores quàm iniquo animo fuerit Vergilius, Crinit. 3.8.

Ludimagiſtro Homerum non habenti quid acciderit ab Alcibiade, Aelian. Variæ hiſt. Græcæ fol. 65.

De miſerijs pædagogorũ, Phil. Melanc.

De

¶ *De literis & ſyllabis, ſcriptura, pronunciatione, accentibus.*

De literis & ſyllabis Ael. Donatus, & multa ſingillatim Ioã. Tortellius ab initio libri de orthographia.

De 24. literarum inuentione & allegoria, Neophyti.

De litera, opuſculum Serui.

De literarum uſu uario, Rutgerus.

Adamantius Martyrius de b litera & muta, u uocali.

De literis & ſyllabis, pedibus & metris, cum explicatione Nicolai Briſſæi.

De literis antiquis, Plinius lib. 7. c. 58. Opuſculum Valerij Probi.

De Hetruſcis literis, Crinitus 3. 3.

Qui numeri literis attribuant, Cornel. Agrippa 2. 20.

Literati ſerui, Cæl. 25. 20.

Grammatica pocula, Cælius Rhodig. Vide Indicem eius.

Cuiuſmodi foret mos ſortiendi per literas Athenis, item inter athletas, Cæl. 22. 18.

Quod literas Palamedes inuenerit. Et demonſtratio, quod ante Palamedẽ atque Cadmum erant Græcis literæ, Tzetzes 12. 398.

Quis primus literas inuenerit, uel in Latium attulerit, & de earum numero aucto, uicꝙ, ſonoꝙ, Polydor. 1. 6.

Qui abecedarij, ſyllabarij, ac nominarij ſint apud Hieronymum: ac de abecedario ex uerbis Hieronymi & Auguſtini, Crinitus 16. 8. & Cælius 27. 28.

Qua proportione uocalium & ſemiuocalium numerus compoſitus ſit, Plutar. Sympoſ. 9. 3.

De conſonantia literarum, Gell. 7. 20.

Literæ mutæ ex adagio quæ dicantur, Cælius 29. 14.

De ſingulis literis ſingulos libros conſcripſere, Cæſar dictator, & Coruinus Meſſala.

Quæ cauſa ſit cur alpha primo loco ponitur in ordine literarum, Plutarch. Sympoſ. 9. 2.

Iotaciſmus, Lamdaciſmus, Metaciſmus, Cælius 13. 1.

Cappa triplex peſſimũ quid, Cælius 18. 30. & Eraſmus in Chiliad.

Lambda cur diceretur Eetionis uxor, Cælius 13. 2.

Plautini loci expoſitio de litera longa, quam ſuſpendioſi faciant, Cælius 10. 8.

Cauillum ſuper litera μ, qua Dionyſio concionis habãdæ facta poteſtas eſt, Cælius 22. 17.

Quo ſenſu dicatur, ſortitus es τὸ μ, præter Græcorum interpretamẽta, ibid.

De literis Græcis plura uide in Grãmaticis Græcis, parte 2.

De proportione, correſpondentia, reductione literarum ad ſigna cœleſtia & planetas, ſecundũ uarias linguas, cũ tabella hoc indicante Cornel. Agrip. 1. 74.

Scribendi bonum, & manuũ laus, Cælius 4. 3.

De laude ſcriptorum, Ioan. Gerſon Tomo 1.

De laude ſcriptorum manualium, Ioan. Trittenhemius.

Literarum, quas Italicas curſoriasꝙ uocant, ſcribendarum ratio, impreſſa Antuerpiæ apud Io. Richard. 1540. in 4.

De uarijs picturis literarũ, Ioan. Baptiſta Verinus Italice.

De maiuſculis Alphabeti Latini literis artificioſe pingẽdis, Lucas Paciolus.

Characterum uariæ & elegantes formæ, per Vrbanum Vuyſz Ludimagiſtrum, Tiguri impreſſæ Germanice in fol. chartis 5.

De priſcorum dictionibus, quæ per ſingulas literas uel ſyllabas ſcribi ſolent, lapideis æreiſue monumentis, Angel. Decembrius parte 54.

Quid in ueterum nummis ſit, A. A. A. F. F. Crinit. 17. 7.

De literarum notis in ueterum cauſis, Crinit. 6. 8.

De notis literarum, quæ in C. Cæſaris epiſtolis reperiuntur, decꝙ alijs clandeſtinis literis ex ueteri hiſtoria petitis, Gellius 17. 9.

De literis antiquis Valerij Probi opuſculum. Earundem interpretationes habent in promptuario Lexico Theodoſij Trebellij.

De primo uſu ſcribendi apud priſcos, etiam per notas, & quando primum inuenta charta uel membrana, Polydor. 2. 8.

De notis, ſiue ſcriptura per notas, Seneca.

Scutorum literæ apud Spartanos, Cælius 18. 1.

De ſcytale Laconica, Gellius 17. 9. & doctiſſimus uir Nicolaus Gerbelius in deſcriptione Græciæ.

Polygraphiæ libri 6. cum Claue, Ioan. Trittemij.

Steganographiæ libri 8. Ioannis Trittemij.

Literarum mira occultatio, apud Herodotum 220. Colonien. æditionis Lat. & plura ibidem. Vide Indicē in Herodotum.

Aegyptiorum hieroglyphica grammata, Orus Apollo Græce, & Lat. Bernardino Trebatio interprete. Item Cælius Rhodig. 29. 26. Et Cęlius Calcagninus in Aegyptiacis.

De hieroglyphicis Aegyptiorū literis: ac de uulture, & ape, eorumq́ ſymbolo, tum de cruce etiam ipſa nobilis conſideratio, Crinit. 7. 2.

De recta Latini Græciq́ ſermonis pronunciatione, D. Eraſmus Rot.

De enunciatione literarum, orthographia & ratione carminum lib. 4. Marij Victorini.

De Latinorum accentib. Rutgerus.

De tonis grammaticis, Ael. Donatus.

De accentib. Fran. Meneſſe.

De accentibus tam nominū quàm uerborum, Priſcianus Cæſarien.

De accentibus & punctis libellus Ioan. Deſpauterij.

De aſteriſco & paragrapho, & dipla, Cæl. 15. 20.

Quis primus ſolutam orationem inuenerit, Polyd. 1. 12.

Quod P. Nigidius argutiſſime docuit nomina non poſitiua eſſe, ſed naturalia, Gellius 10. 4.

Nominum interpretatio plurium. Onomatotheræ qui dicantur, Cælius 24. 5.

Quid ſint apud Græcos ſcholia, Cælius 12. 15.

## DE RVDIMENTIS GRAMmaticæ, *Titulus* III.

CVr nomen dicant ſubſtantiam & qualitatem, Cæl. 24. 5.

Elementalia ut uocant, & crepundia puerorum, ſiue Tabulæ abecedariæ, quæ literas & ſyllabas proponunt cum oratione dominica, ſalutatione Angelica, ſymbolo apoſtolorū, & alijs quibuſdam pijs precationibus, ubiq́ excudi ſolent. Huiuſmodi eſt educatio doctrinæ puerilis Argentorati excuſa: & Gregorius Mangolt Elementale ex honeſtis uocabulis, et pijs argumētis Cōſtantię publicauit.

Grammatica inſtitutio prima & ſimpliciſſima, Nicol. Maris.

Regulæ Grammaticales Guarini Veronen.

Regulæ Sulpitij, Cantalitij, Barzizij, Franciſci Nigri, Gaſparini.

Regulæ Fontanæ.

In ſcholarium Fundamentum Regulæ Remigij.

Entisberi Regulæ, cum Commentarijs Gaietani.

Benedictus Marlianus Guarinum imitatus Canones grāmaticales ædidit.

Manuale paruulorꝫ Thomę de Kempis.

Doctrinale iuuenum, eiuſdem.

Examen ſiue Grammatica Sulpitij Verulani.

Grammatices exercitiū, Leonardi Culmanni.

Exercitium puerorum, liber impreſſus, neſcio an idem præcedenti.

Tabellæ elementarię Nicolai Borbonij.

Ars literaria, neſcio cuius authoris, excuſa.

Analogia Lipſenſium.

Rudimenta Grammaticæ, ſiue de octo partibus orationis, Ael. Donatus.

Commentarios, uel ſcholia in Donatū ſcripſerunt, Remigius abbas, Verſor, Henricus Glareanus (qui et ſcholijs Donatū illuſtrauit, & octo tractatus addidit, de nominum & uerborū inflexionibus, de conſtructione, proſodia & figuris) Iacobus Vitodurē. Chriſtophorus Hegēdorphinus, Io. Auentinus.

In ſecundam æditionem Donati lib. 1. Cælij Sedulij.

In

In Ael. Donati partem utramq; Commentarij Sergij & Seruij.

De octo partibus orationis libri 16. Priſciani Cæſarieñ. Ioan. Pinitianus, Iunius Rabirius, Caſuus ſacerdos.

Declinationum claſmata: item de præteritis & ſupinis uerborum, &c. Io. Pedij Tethingeri.

Octo partium orationis methodus, Io. Suſenbroti.

Grammatica Latina de 8. orationis partibus ex Diomedis, Priſciani, Seruij, Donati, & Aldi Manutij libris collecta. Venetijs impreſſus liber, 1537. in 4. apud Bartolemæum Zanettū.

De nominum generibus, præteritis & ſupinis uerborū regulæ hexametris uerſibus incluſæ, Gulielmi Lilij cum annotatiōibus Thomæ Robertſoni, liber doctiſſ.

De ordine partium orationis repetitio ſecunda, Ael. Anto. Nebriſſeñ.

De 8. partibus orationis, & quarundā dictionum eleganti cōpoſitione, Neſtor Dionyſius.

Ebrardi Græciſtæ libri grāmatici de figuris, & octo partibus oratiōis, cum additionib. uel expoſitione Io. Vincentij Metulini.

Rudimenta grammaticæ, Nicolai Perotti, Ioan. Pelliſonis, Georgij Buchanani, Sigiſmundi Lupuli, Franciſci Nigri Baſſianâtis, Io. Auentini, Ioan. Cochlei, Thomæ Linacri, Ioan. Lagreni.

Io. Droſæi partitiones grammaticæ Latinæ, &c.

Pyladis Brixiani carmen ſcholaſticum, de caſu, genere, heteroclitis, præteritis, ſupinis, & epopœia. Commentarios addidit Bartolemęus Moiranus.

Collectanea Grammatica, L. Ioannis Scoppæ.

De grammatica & uocabulis, Iſidorus.

Epitome grammaticæ, Io. Piniciani.

De ſumma grammaticæ, Q. Rhemnij Palæmonis libellus.

Tabulas grammaticas ſiue in grammaticam, ſcripſere Io. Murmelius, Antonius Raberius, Nicolaus Borbonius.

Ioan. Murmelij, Nucleus, Pappa, de generibus nominum.

Anto. Bellinus nominum & uerborum inflexus explicauit, & grammaticos canones emendauit.

De uocabulis quibuſdam à Varrone et Nigidio contra quotidiani ſermonis conſuetudinem declinatis, atq; inibi id genus quædam cum exemplis ueterum relata, Gellius 4. 16.

Bellum grammaticale inter Nomen & Verbum de principatu orationis, Andreæ Guarnæ.

De nominibus Volaterranus, 30.

De nomine & uerbo, Phocas grammaticus.

Declinationum ſumma Antonij Mancinelli.

Spica uoluminum quatuor de declinatione, Ant. Mancinellus.

De partium orationis declinatu, Maturinus Corderius.

Libellus de uſu uocum, quæ non flectuntur, Ioach. F. Ringelbergij.

Paradigmata declinationum in Pædia grammaticæ, Lucę Barthodij Argentinenſis.

Præcox declinatum, præcocis facit, nō præcoquis, Gell. 10. 11.

Quod idē Quadrigarius huius facies, patrio caſu, probe & Latine dixit, & quædam alia appoſita de ſimiliū uocabulorum declinationibus, Gellius 9. 14.

Dici ſolitum apud ueteres trabes, canes, duces, in ſingulari: pro eo quod eſt trabs, canis, dux: & alia eiuſmodi obſeruata ex M. Varrone, & alijs, Crinit. 15. 6.

Lis atque contentio grammaticorum Romæ illuſtrium enarrata ſuper caſu uocatiuo uocabuli, quod eſt egregius, Gell. 14. 5.

Quando Cæcilius poëta frontem genere uirili non poëticè, ſed cum probatione, & cum analogia appellauit, Gell. 15. 9.

Quæſtio an arena, cœlum, triticum, pluralia inueniantur. De Quadrigis, inimicitijs, nonnullis præterea uocabulis an ſingulari numero comperiantur, Gell. 19. 8.

De diſcernendis coniugationibus, Eu-

tychus, & Sedulij commentariolus in eundem.

De uerbis, quæ in utramq; partem ſignificatione reciproca, & aduerſa dicuntur, Gellius 9. 12.

Contra diſputantes Steti & ſtetiſſe nõ recte dici: ſed dicendum potius Fui & fuiſſe. Ang. Decemb. parte 59.

Quod M. Varro in libro, qui inſcriptus contra Tiberium exulem, ſtitiſſes uadimonium per i literam dicit, non ſtetiſſes: eiusq; uerbi ratio reddita, Gellius 2. 14.

Popoſci, memordi, pepugi, ſpepondi, & occecurri, plæroſq; ueterum dixiſſe, non uti poſtea receptum eſt dicere, per o, aut per u, literam in prima ſyllaba poſitam, ſed per e, atque ideo Græcæ rationis exemplo dixiſſe. Præterea notatum, quod uiri non indocti, neque ignobiles, à uerbo deſcendo non deſcendi, ſed deſcendidi, dixerunt, Gell. 7. 9.

Qualis mihi fuerit in oppido Eleuſino diſceptatio cum Grammatico quodam præſtigioſo, tempora uerborũ, & puerilia meditamenta ignorante: remotarum autem quæſtionum nebulas, & formidines ad capiendos imperitorum animos oſtẽtante, Gellius 8. 10.

Iſodonium Germanicum de faciliori puerorũ inſtitutione, Iacobi Vuimpfelingij.

Erotemata grammaticæ, Sigiſmun. Lupuli, Ioan. Lithocomij, Io. Spangebergij.

Centiloquium, Anto. Mancinelli.

Conatus melior, eiuſdem.

### GRAMMATICAE ABSOlutiores: & libri ſimpliciter de grammatica inſcripti, ordine literarum, Titulus IIII.

AElij Antonij Nebriſſeñ. grammatica.

Aldi Manutij grammatica.

Alexandri de Villa Dei Doctrinale, cui interpres acceſſit Facinus.

Ant. Mancinelli libellus, de arte.

Aſperius Iunior grammaticus.

Inſtitutionum grammaticarum libri 10. Auguſtini Saturnij.

Aurelij Auguſtini de grammatica lib. 1.

Aulus Gellius multa paſſim argumenti grammatici tractat, quæ omnia ſeorſim in æditionum quarundam indicibus notantur.

Cælij Secundi Curionis, de literis doctrinaq; puerorum ſiue grammaticę Latinæ libris.

Cantalycij grammatica, ſiue ſumma in regulas diſtinctas totius artis.

Chriſtophori Hegendorphini dragmata grammaticæ.

Critolaus Laſotanus grammaticus.

Curij Lanciloti grammaticæ inſtitutionis lib. 8.

Diomedis Grammatica.

Franciſci Nigri grammaticæ libri 14.

Franciſci Stoæ, Franciſci Syluij, Georgij Hauerij, Georgij Sĩmler, Georgij Trapezuntij, de grammatica libri extant: item Georgij Vallæ lib. 4.

Gerardi Canniſij, Gulielmi Tardiui, Henrici Primæi, Hermãni Torrentini, Hieronymi Cingularij, Iac. Fabri Stap. & Iacobi Henrichmanni, ſcripta de grammatica extant.

Georgij Pictorij pueriles inſtitutiones ex Quintiliano.

Iacobi Micylli grammatica, cum præfatione Phil. Melanchthonis.

Ioan. Augerij, & Ioan. Cochlæi grammaticæ.

Ioan. Demaretus peri archôn grammatices.

Ioan. Deſpauterij Niniuitæ grammatica. Eiuſdem methodus per Ioannem Monhemium; item per Sebaſt. Nouimolam.

Ioan. Pelliſonis contextus ſiue epitome uniuerſæ grammaticę Deſpauterianæ.

Ioannis Riuij de Grammatica lib. 8.

Ioan. Spangebergij, Ioan. Stirpiani, & Ioannis Sulpitij Verulani grammaticæ.

Ioan. Suſenbroti grammaticæ artis integra inſtitutio.

Io. Aingre in Priſcianum.

Io. Tortellij grammaticæ commentariorum lib. 2. Eiuſdem Grãmaticorum obſeruationes, haud ſcio an diuerſus liber.

Ioan. Vergaræ Hiſpani Grammatica Latina.

Iodocus Badius, Iod. Vuillichius, Iſidorus, Methodius, de grammatica.

Matthæi Herbeni de inſtitutionib. ſcholaſticis libri 2.

Nonij Marcelli grãmaticus liber de nominum generibus, numeris, caſibus, declinatione, item de uerbis et aduerbijs quædam, &c.

Pauli Niauis inſtitutio de lingua Latina.

Pauli Pompilij, Petri Pontani Cæci, Philippi Melanchthonis grammaticæ.

Petri Curij inſtitutiones Latinæ.

Pomponius Lætus de arte grãmatica.

Priſcianus grammaticus. In Priſcianũ ſcripſerũt Io. Aingre, & Daniel Caietanus. In maius uolumẽ Priſciani lib. 1. Cælij Sedulij. Excerptionis Priſciani lib. 1. per Remigiũ abbatem.

Q. Terentius Scaurus Grammaticus.

Raphaël Volaterranus, Sigiſmundus Lupulus, Synthis quidam, Theobaldus Billicanus, Thomas Robertſonus, libros de grammatica reliquerunt.

Vincencij Belluacẽ. de grammatica libri 3.

¶ Chriſtophori Baitici de numeralium ratione nominum, quatenus ad elocutionem attinet Latinam.

## ¶ DE ORTHOGRAPHIA. *Titulus* V.

DE orthographia ſcripſere olim, Papyrius Prætextatus, Q. Terentius Scaurus, Velius Longus, M. Victorinus, Agrætius, Beda, M. Aurelius Caſſiodorus: & recentiores, Ael. Anto. Nebriſſẽ. Geor. Valla, Gaſparinus, Io. Deſpauterius, Io. Ianuenſis in Catholico.

De orthographia & Latinitate, Caper grammaticus.

Ex P. Nigidio quædam ad orthographiam pertinentia, Gellius 13. 24.

De orthographia uocabulorum Græcorũ, quę Latinis in uſu ſunt, Io. Tortellius.

Orthographiæ inſtitutiones, Iod. Vuillichij.

De mihi & nihil tũ ſcribendis tum proferendis aſſertio in gratiam puerorũ, impreſſa Pariſijs apud Rob. Stephanum in 8. 1540.

De orthographię dignitate, et diphthongorum uſu per Guarinum, Ang. Decembrius parte 75. De diphthongis plura ibidem per quatuor ſequentes partes.

Quàm multos habuerint antiqui diphthongos, Politian. 1. 43.

De dictionibus quæ cum diphthongo ſcribunt, Guarinus Veronẽ. Qui libellus etiam cum Io. Reuchlini Breuiloquo impreſſus habetur.

De ijſdem Io. Tortellius in D. litera, in opere de Orthographia.

De quibuſdam uocabulis tum Latinis, tum Græcis, ſed apud Latinos receptis, in quibus addubitari ſolet quo pacto ſcribi conueniat, Ang. Decembrius parte 83. & deinceps. Singulis enim alphabeti literis, ſingulas partes attribuit.

De uocabulis aſpiratis, ordine alphabeti, Io. Iouianus Pontan. Tomo 2.

De aſpiratione dictionũ Latinarũ tam in medio dictionis, quàm in initio & fine, ordine literario, Io. Tortellius de Orthographia in H. poſt Hortenſij mentionem.

Super aſpiratione citata quæpiam, Politian. 1. 19.

Qua ratione uerbis quibuſdã uocabulisq; ueteres immiſerint, h, literæ ſpiritum, Gellius 2. 3.

De arte punctandi, Io. Reuchlinus in Breuiloquo; Ioannis de Lapide dialogus.

De punctis Io. Petrus Paſcutius.

Stephanus de urbibus in dictione Babras ἀστιγὲς βιβλίον uocat librum nullis punctis diſtinctum.

De periodis, Phil. Melanchth. in Rhetorica.

## DE SYNTAXI, SIVE
*Conſtructione, Titulus* VI.

Regulæ conſtructionis, Ant. Mancinelli.
De 8. partium orationis ſyntaxi, Deſ. Eraſmus.
In eandem ſcholia, Friderici Nauſeæ.
Grammaticæ ſyntaxeos & proſodiæ tabulæ per Gilb. Cognatum.
De conſtructione Latina, Iac. Montanus, & Io. Deſpauterius.
Erotematum de ſyntaxi, Ioan. Pollicarij libri 3.
De recta & ordinata uocum cõpoſitione, Io. Pollicarius Cygnæus.
Syntaxis Phil. Melanchthonis. Eadem locupletata à Vito Vuinshemio. In ſyntaxin Phil. Melanch. præfatio.
Thomæ Linacri de emendata ſtructura Latini ſermonis libri 6. In eoſdẽ puto Phil. Melanchthon præfatus eſt.
De conſtructione lib. 2. Priſciani Cæſarieñ.
Syntaxis, in Pædia grammaticæ Lucæ Barthodij Argentineñ.
Regulæ ſcribendi, Fr. Nigri.
Cur Plato dixerit ſermonem ex nominibus & uerbis conſtare, Plutar. Platonicarum quæſtionum 9.
Stephani Doleti de Latinarum locutionum formulis, libri 3. primus habet conflatas ex nomine & uerbo locutiones: ſecundus ſignificationem & cõſtructionẽ uerborũ: tertius uſum particularum indeclinabilium.
De uerbis inopinatis, quæ utroq; uerſum dicuntur, & à grammaticis communia uocantur, Gell. 15. 13.
Morem iſtum ueteribus noſtris fuiſſe, uerba patiendi mutare ac uertere in agendi modum, Gell. 18. 12.
Tertiúmne conſul an tertio dici oporteat, & quonã modo Cn. Pompeius, cum in theatro quod erat dedicaturus, honores ſuos inſcriberet, quæſtionem ancipitẽ iſtius uerbi, de conſilio Ciceronis uitauerit, Gell. 10. 1.
Tantum & quantum cõparatiuo nonnunquam cõiungi, Alexand. ab Alex. 6. 9.
Quoad uiuet, & quoad morietur, cur idipſum temporis ſignificet: cum ex duob. ſint facta cõtrarijs, Gel. 7. 21.
Cum partim hominum, qua ratione ueteres dixerint, Gell. 10. 13.
Heſterna noctu, rectène, an cum uitio dicatur, & quænam ſuper iſtis uerbis grammatica traditio ſit. Itemq; quod decẽ uiri in XII. Tabulis nox pro noctu dixerunt, Gell. 8. 1.
Latine dici, Saturnaliorum, noctu futura, & die craſtini, Macr. Sat. 1. 4.
De uerbo duo & uiceſimo, quod uulgo incognitum eſt, à uiris doctis multifariam in libris ſcriptum eſt, Gell. 5. 4.
Die priſtini, & die craſtini, et die quarti, & die quinti, qui elegantius locuti ſunt, dixiſſe non ut ea uulgo dicuntur nunc, Gell. 10. 24.
Quod uerba iſtæc Quadrigarij ex anal. III. Ibi mille hominum occiditur, non licentia, neq; de poëtarum figura, ſed ratione certa & proba grãmaticæ diſciplinæ dicta ſunt, Gel. 1. 16.
Licere uti accuſatiuo caſu nonnunquã in uerbis localibus, contra regulas grammaticorum, Alex. 2. 28.
Quid ſignificet in ueterum libris ſcriptum, Plęriq; omnes, & quod ea uerba accepta à Græcis uidentur, Gell. 8. 12.
Quæſitum atq; tractatum utrum ſit rectius dicere, Habeo curam ueſtri, an ueſtrum, Gell. 20. 5.
Quid uocabulum Iure manu conſertũ ſignificet, Gell. 20. 9.
Spero te amaturum fore, uel amandum fore, ueterum authoritatibus Latine dici licere, contra opinionẽ quorundam grammaticorũ, Alexander ab Alex. 1. 8.
Iniuria mihi factum itur, quali uerborũ ordine Cato dixerit, Gell. 10. 14.
In hiſce uerbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrẽ, Hanc ſibi rem ſperant præſidio futurum, neq; mẽdam eſſe, neque uitium, errareq; iſtos qui bonos uiolant libros, et futuram ſcribunt. Atq; ibi de quodam alio Ciceronis uerbo dictum, quod probe ſcriptum perperam mutatur, Gell. 1. 7.
Quid uerbũ Sino cum negandi aduerbio apud Iureconſultos deſignauit, & quam uim habeat in edictis, Alexand.

xand. ab Alexand. 1. 4.
¶In figuras Io. Deſpauterij collectanea uberrima Huberti Suſannæi.
De figuris, Ael. Anton. Nebriſſeñ. Vide infra in Rhetoricis figuris, ſi quid forte ſit quod ad grammaticas & conſtructionis figuras referri poſſit.
Manu ſolœciſmum facere quid, Cælius 20. 20.
Quod uocabulū Latinum Solœciſmo fuerit Capitoni Aſinio, quid ipſum appellauerint ueteres Latini, quibusq; uerbis ſolœciſmum definierit idem Aſinius, Gell. 5. 20.
De barbariſmo, Ael. Donatus.
Elegantiarum libri, ut Vallæ, & aliorū, paulò poſt enumerabuntur. Videntur autem illi partim ad puritatē linguæ Latinæ, quæ in ſingulis dictionibus conſiſtit, referendi: partim ad duarum aut plurium dictionum conſtructionem, partim deniq; ad ſonū & collocationem rhetoricam.

## ¶DE PROSODIA, SEV *ratione & quantitate ſyllabarum*, *Titulus* VII.

De poëtica arte, & poëtis, priuatim dicato titulo alibi dicetur.
Regulæ ſyllabarum, Ael. Antonij Nebriſſeñ.
De pedibus grāmaticis, Ael. Donatus.
De pedum regulis, Aldhelmus.
Verſilogus Ant. Mancinelli.
De arte metrica, Beda lib. 1.
De arte uerſificandi, Conradus Celtes, Eutychus, Huldrich Huttenus, Tabula Io. Murmellij, Io. Deſpauterius.
Ars metrificandi, Ruperti Gaguini.
De re metrica lib. 3. Iacobi Micylli. In eoſdē præfatio Phil. Melanchthonis.
Carminum condendorum ars, Henrici Bebelij.
De uerſibus componendis, Franciſcus Mataracius.
De conſcribendis uerſibus, Ioach. Ringelbergius.
Structura carminum, Laur. Coruini.
De ratione ſyllabarum & carminis libri 2. Rod. Gualtheri.
De quantitate ſyllabarū, Io. Butini iſagoge, Sulpitius, Maturinus Corderius, & Neſtor Dionyſius, cū emendato Sulpitij eiuſdem argumenti libro excuſus.
De ſyllabarum quantitate regulæ ſpeciales, quas Deſpauterius in carmen nō redegit, per Maturinū Corderiū.
Quantitates Alexandri de Villa Dei, emendatæ per P. Hub. Suſannæum, multis expunctis, & quæ omiſſa erāt additis.
Annotationes in contextum totius artis uerſificatoriæ, Io. Deſpauterij per Hubertum Suſannæum.
De pedibus & quantitate ſyllabarum, Seruius uel Sergius.
De ſyllabarum mēſura, in Pædia grammaticę, Lucę Barthodij Argentineñ.
De epopœia, &c. Pyladis Brixiani carmen ſcholaſticum.
Ratio examinandorum uerſuum, Iaco. Micylli.
De uerſuum ſcanſione, Sulpitius Verulanus.
De proſodia, Iodocus Vuillichius, Io. Ianueñ. in catholico: Phil. Melanchthon. Io. Tortellius in opere de Orthographia in litera p.
Tabulæ proſodiæ, Gilberti Cognati.
De generibus metrorum, Nico. Perotus, Rutgerus.
Centimetrum Mauri Seruij, Ioan. Deſpauterij.
De metris, Manlius Theodorus. Vide infra in Poëticis.
De carminū genere & pedibus, Terentianus Maurus.
De metris comicis, & oratorijs numeris, Rufini.
Atilij Fortunatiani fragmentum de metro Sotadeo.
De metris ænigmaticis, Aldhelmus.
Verba P. Nigidij quibus dicit in nomine Valeri in caſu uocandi primam ſyllabam acuendam eſſe, Gell. 13. 24.
Quid ueteres Latini dixerūt, quas Gręci proſodias appellant, Gell. 13. 6.
De accentibus & punctis, Io. Petrus Paſcutius.
Gryllus de accentibus ad Vergilium.
Verbum, quod eſt ago, frequentatiuū in prima ſyllaba quonam ſit modulo pronunciandum, Gell. 9. 6.

De epiſtola Valerij Probi Grammatici ad Marcellum ſcripta, ſuper accentu nominum quorundam Punicorum, Gell. 4. 7.
De natura quarundam particularum, quæ præpoſitæ uerbis intendi, atque produci barbare atq; inſcite uidentur, exemplis, rationibusq; pluſculis diſceptatum, Gell. 4. 17.
An Affatim quaſi Admodũ prima acuta pronunciandum ſit, & quædam itidem non incurioſe tractata ſuper aliarum uocum accẽtibus, Gell. 7. 7.

¶DE ETYMOLOGIA, *Titulus* VIII.

QVi grãmatici de origine uerborum ſcripſerunt, Crinit. 2. 16.
Nominum ratio recta quæ ſit, Cælius 24. 5.
De nominum inuentione, Nicolai Leonici Thomæi dialogus.
De uniuerſo uel etymologiarum, li. 22. Rabani.
Etymologiarum libri, Iſidori Hiſpaleñ.
De etymologijs, M. Aurel. Caſſiodorus.
De etymologia, Lucas Barthodius Argentineñ. in Pædia grammaticæ.
Lepidiſſima altercatio Phauorini philoſophi aduerſus quendam intempeſtiuum de ambiguitate uerborum diſſerentem: atq; inibi uerba quędam ex Næuio poëta, & Cn. Gellio non uſitatẽ collocata, atq; ibidem à P. Nigidio origines uocabulorum exploratæ, Gell. 8. 14.
Quod M. Varro in libro de ratione uocabulorum XIII. L. Læliũ magiſtrũ ſuum de etymologia nonnullorum uerborum falſa dixiſſe reprehendit: quodq; idem Varro in eodem libro furis etymologiam falſam dicit, Gellius 1. 18.
De ijs quæ Cloatius Verrius aut ſatis commode, aut nimis abſurde & illepide ad origines linguæ Græcæ redegit, Gell. 16. 12.
Quem in modum Phauorinus tractauerit intempeſtiuũ quendam de uerborum ambiguitatibus quærentem, Gell. 18. 7.
Qua ratiõe Caius Baſſus ſcripſerit particum hominem appellatum, & quam eius uocabuli cauſam putârit: & contra, quem in modum, quibusq; uerbis Phauorinus hanc traditionẽ eius eluſerit, Gell. 3. 19.
Crepidæ quid dicâtur, Angel. Politian. Miſcel. 2.
Cæſaris nomen unde dictum, & de nomine imperatorio, Phil. Beroaldus.

¶ *De differentia uocabulorum, & ſynonymia.*

Differentiæ Aelij Antonij Nebriſſeñ.
De uocabulorũ differentijs, Cornelius Fronto.
De nominum & uerborum differentijs libellus Guarini Veroneñ.
De proprietatibus terminorũ, ſiue differentijs uocabulorum, liber Ciceroni falſò attributus.
De uocum proprietatibus, Ant. Mancinellus.
De proprietate uocum ſeu differentijs, Helius Meliſſus.
De copia uerborum & rerum, D. Eraſmi libri 2. Tomo 2. operum eius.
Tabula in libros Eraſmi de copia, impreſſa Tiguri apud Froſchouerum, 1527. In eoſdẽ epitome, Pariſijs apud Vuechelum.
De copia uerborum enchiridion Theodorici Morelli.
Synonyma Ioach. Ringelbergij.
Verborum ſynonyma ſcripſit Stephanus Fliſcus.
Phraſes prouerbiorum ſynonymas, ut ita dicam, habes in Indice Chiliadib. Eraſmi præfixo ordine literarum.
Synonymorũ liber Hieron. Cingularij.
Reperies etiam decimo titulo Vocabula aliquot ordine literarum, quorum ſynonyma apud authores extant.

¶DICTIONARIA, QVO*rum authores ordine ferè literarum hic enumerantur, Titulus* IX.

VIde proximum ante hunc titulum. Huc etiam pertinent libri Elegantiarum à quibuſdam conſcripti. Item indices in diuerſos authores, quorũ plærięq; cũ indicibus excuſi ſunt: copioſiſſimi extant in Plinij hiſtoriam naturalem, & Cælij antiquitates ex Fro-

Frobeniana æditione, &c. Dictionaria in alijs linguis, ſiue meris, ſiue Latinis uocabulis præcedentibus aut ſequentibus, infra recenſebunt. Qua ratione Lexica cõſcribenda ſint, docuimus in pręfatione in Dictionariũ Amb. Calepini.

De uerborum & rerum ſignificatione, uide in Iure cõmentaria ſuper hunc Titulum. Dictionaria ſane iuriſperiti quoq;, & medici & theologi, et alij quidam in ſuis artibus uel ſcientijs ſcripſere. Oldendorpius de copia rerum & uerborum in iure uolumen ædidit.

Lexica propriorũ nominũ quale Onomaſticum noſtrum eſt, partim ad hiſtorias, partim ad geographiam pertinent.

Lexicon Biblicum, Quendel impreſſit Coloniæ.

Nomenclaturæ rerũ, Germanicis præmiſſis ordine alphabeti, ſequentibus Latinis & Hebraicis, ac rurſus Germanicis ijſdem ſed per characteres Iudaicos, libellus Eliæ Leuitæ.

Vocabularium Ex quo, ſic dictum, quoniam eius author prologum his uerbis incipit: Ex quo Vocabularij uarij authentici, uidelicet Hugnitio, Catholicõ, Breuiloquus, Papias, &c. Collectus eſt autem præſens uocabularius (ut pauperes ſcholares facilius ſacram ſcripturam literaliter intelligere poſſint, imò quodlibet ſcriptum Latinicale) ſecundum ordinẽ alphabeti, ita quod Latinum præcedat & Theutonicũ ſubiugatur: & ante hoc ut frequenter cuius generis & declinationis, ſeu cuius partis orationis quælibet dictio fuerit eſt annexum, ut ante Abbas ponitur m. t. id eſt, maſculini generis, tertiæ declinationis. Liber eſt impreſſus olim in 4. barbariſmis & ſolœciſmis refertus, & male interpretatũ innumeras uoces, & infinitos orthographiæ errores habet.

Gemma gemmarum, uocabulariũ barbarum, in quo ſimiliter Latina Germanicis præponuntur.

Obſeruationes linguæ Latinę, Io. Godſchalci.

Lexicon uocum difficiliorum apud Plinium, Hermolai Barbari, caſtigationibus eius in Plinium adiectum.

Georgij Alexandrini priſcarum uocũ enarratio, quæ apud rei ruſticæ ſcriptores, Varronem, Catonem, & Columellam leguntur, ordine literarũ.

Philippi Beroaldi annotationes in Columellam, ordine literarum.

Ioan. Demarati Ambianâtis paronomaſia, & diſcriminale Lexicon, quadrifidis pręcipue differentijs nominum ſubſtantiuorum, adiectiuorum, uerborum ſimplicium et compoſitorum diſtinctum: cum Homæomeria & abundantia uerborum.

Huberti Suſannæi Sueſſioneñ. Dictionarium Ciceronianũ, ubi uno in conſpectu poſitæ definitiones plurimæ, & uocabulorum multorũ interpretationes uidebuntur.

De ſimplicibus uocabulis ſeu homonymis uaria ſignificantibus ordine literarum per Guarinum Veronenſem, Ang. Decembrius, parte 32. & deinceps. Nam ſingulis alphabeti literis partes ſingulæ deſtinantur.

De Guarini Veronenſis, eorumq́; laudanda præceptorum diligentia, qui ex antiquis ſcriptis quædam perceptu digniora uocabula, in literarum ordinem collegerunt, alijsq́; iter aperuerunt. Angel. Decẽbrius parte 52.

Titulus 14. de puritate & elegantia linguæ Latinæ, nõnulla huius ordinis continet.

Liber perſimilis Iulio Polluci de uocabulis rerum: ſed hoc amplius, Latina Græcis uocabulis reſpondent, inuentus in cœnobio quodam Bobij Italiæ oppidi, Raph. Volaterranus.

Vocabulariũ Ael. Antonij Nebriſſeñ.

Ambroſij Calepini Dictionariũ à multis ſæpe locupletatum eſt, quorũ alij nomina ſua non adſcripſere, ut ille etiam qui Græca Latinis adiecit: alij adſcripſere, ut Iacobus Montanus, nuper Peruſinus quidã. Baſilienſis æditio poſtrema, anno 1544. à nobis aucta & emendata, & in Latina propriaq́; uocabula, diſtincta eſt. Audio quendã in Germania inferiori Gal-

licas etiam & Flandricas uoces adiecisse.

Lexicon de uerborũ significatu Anto. Mancinelli.

Dictionarium difficiliorũ terminorum Armandi.

Latinorum uerborum epitome, Basilij Zanchi.

Dictionarium Dionysij Nestoris.

Breuiloquus Io. Reuchlini, ut putatur.

De forensibus uocabulis Gulielmi Budæi liber, ordine literarũ. Multa insunt etiam in eiusdem Commẽtarijs Græcis, quæ ad forensia & alia uocabula Latina pertinent, de quibus ferè in Indice Lector admonetur.

Vocabularium Henrici de Eymbeck, Io. Cochlei, Io. Altenstaig.

Catholicon, Io. Ianuensis.

De orthographia liber Io. Tortellij, in quo Græca uocabula Latinis usitata declarat, ad dictionaria pertinet.

Fabularium Conradi à Mure Tigurini.

Elucidarius poëticus Hermanni Torrentini.

Elucidarium poëticum contractius fecit Io. Gastius.

Elucidarium poëticum, & alios quosdã libros quibus nomina propria ordine literarum, geographica, historica & poëtica continebantur, omnes Onomastico nostro adiecimus, & nuper etiam omnia apud Stephanum Græcum uocabula.

Dictionarium Io. Murmelij.

Vocabulorum promptuarium, Ioan. Pinitiani.

Io. Tortellij liber de orthographia siue dictionibus Græcis, quas Latini usurpant, tum proprijs, tum alijs. Abinitio operis & alia quædam enumerantur, & seorsim dictiones compositæ Græcæ Latinis usitatæ.

De priscorum proprietate uerborũ, Iunianus Maius.

Ex Originum libris fragmenta M. Portij Catonis.

De analogia libri 3. M. Terentij Varronis. Eiusdem de lingua Latina libri 3. Castigationes in utrumq; opus Michaëlis Bentini.

In Ciceronem Obseruationes Marij Nizolij, ordine literarum.

Nicolai Erythræi Dictionarium Virgilianum. Nos uidimus excusum Indicem huius authoris in Virgiliũ, quo multæ etiam interpretationes doctissimæ & res scitu dignissimæ continentur.

Latini sermonis Cornucopiæ, Nicolai Perotti Sipontini. In Nicol. Perottum annotationes Cornelij Vitellij.

Apparatus linguæ Latinæ in 4. impressus Argentorati.

De proprietate sermonis, Nonius Marcellus. In eundem Michaëlis Bentini castigatio.

De linguæ Latinæ uocabulis, Papias.

Vocabularium Pyladis.

Linguæ Latinę Thesaurum maximum & utilissimum opus, ac eiusdem Epitomen, dedit nobis Robertus Stephanus: item Dictionarium poëticum, quod in Onomasticon nostrum transtulimus.

Vocabulariũ Salomonis episcopi Constantieñ.

De significatione uerborum ueterum libri 19. Sex. Pompeij.

Latinæ linguæ Cõmentariorum Tomi 2. Stephani Doleti. Eorundem Epitome excusa est Basileæ in 8.

Theodosij Trebellij Promptuariũ, hoc est, Dictionarium locupletissimum, opus maiori commendatione dignũ, quàm paucis explicari possit.

Nizolij obseruationes in Ciceronẽ Cælius Secundus recognouit & auxit.

## DE VOCABVLIS ALIquot *Latinis ordine literarum,* *Titulus X.*

ENumeratis Lexicis, uocabula aliq̃t Latina ordine literarũ adscribemus, quæ apud bonos aliquot authores copiosius uel explicantur, uel cum synonymis suis ponuntur. Animus erat, etiam ex Erasmi de copia libris, & alijs quibusdam, uocabula & argumẽta explicata aut locupletata adscribere, sed alijs hanc lampadem tradere negotiorum multitudine coactus sum. Cum autem & hic et alibi protritiora forte quædam habeantur, interim omittantur abstru-

ſtruſiora multa, ueniam dabit æquus et prudens Lector, & ad diligentiam magis referet, quàm reprehendet, puerilia nonnulla præterita non eſſe. Grauiora, quotquot uoluerint, ſibi uel alijs addãt, quibus aut otij plus contigit, ut ipſi tanto labori ſufficiant: aut certe plus fortunæ & opũ, ut aliorũ opera id cõficiant. Nos qualecunq; ſpecimen in præſentia damus. Vide Titulo 8. de Synonymia.


Vocabula nulla, uel pauca in hunc ordinem exſcripta ſunt ex illis libris, in quos alioqui iam copioſi habẽtur indices, ut Plinio, Cælio Rhodigino: plæraq; autẽ ex illis, qui uel indices hactenus nullos aut exiguos habuere, uel certe rariores adhuc ſunt.

Vocabula aliquot explicant apud Macrob. lib. 6. Saturn. capitib. 7. 8. 9.

Poſſent etiam inſeri huic ordini phraſes prouerbiorum ſynonymæ, ut ita dicam, quarum enumeratio ordine literarum Chiliadib. Eraſmi præfigit.

¶ Adoleſcere, cum ſuis contrarijs, Doletus Tomo 1.

Adoptatio quid, Gellius 5. 19.

Aduerbia, Doletus Tomo 2.

Aduerbia indicandi, uendẽdi, emendi, ibidem.

Quod Siſenna in libris hiſtoriarũ Aduerbijs huiuſcemodi ſæpenumero uſus eſt, curſim, cælatim, uellicatim, ſaltuatim, Gellius 12. 15.

Aeſtuaria quid, Cælius Rhodigi. 3. 19.

Agere, regere, Doletus Tomo 2.

Agon, uerbum quo Victimarius uti ſolitus, de quo etiã in Faſtis Ouidius, Politianus Miſc. 1. 60.

Agrippæ à partu ægro appellati, Gell. 16. 16.

Alienare, Doletus Tomo 1.

Amittere, Doletus Tomo 1.

Amorabundus, Gellius 11. 15.

Quæ dicantur uocabula ancipitia, & quod honoris quoq; uocabulum ancipiti ſententia fuerit, Gellius 12. 9.

Anquiito et Anquiſitiones uocabula eſſe Romana, et honeſta, quibusq; autoribus id aſſeratur, cõtra quorundam inſcitiam, Crinitus 1. 14.

Arena an reperiatur plurale, Gell. 19. 8.

Arreptitij qui, Cælius Rhod. 2. 13.

Arrogatio quid, Gell. 5. 19.

Quod particula Atq; non complexiua tantũ ſit, ſed uim habeat pluſculam uariamq;, Gell. 10. 29.

Auarus ſimplexne uocabulũ ſit, an compoſitum & duplex, ſicut P. Nigidio uidetur, Gell. 10. 5.

Quid M. Cicero de particula iſta ſenſerit ſcripſeritq;, quæ præpoſita eſt uerbis Aufugio, & Aufero, &, an in uerbo Autumo eadẽ iſta præpoſitio eſſe uideri debeat, Gellius 15. 3.

Vnde hæc uerba Auidus & Inuidus dicta ſint perelegãs et erudita enucleatio, Crinitus 2. 16.

¶ Quod uocabulũ Barbariſmi nõ uſurpauerint neque Latini antiquiores, neq; Attici, Gellius 13. 6.

¶ Ex catalogo eſſe quid ſit, uel extra catalogum, Cælius 19. 21.

Centrineces, Cælius 21. 24.

Chilones qui, Crinitus 7. 8.

Ciſiarius apud Vlpianũ quid, Alexander ab Alexandro, 2. 30.

Quem claſſicum dicat M. Cato, quem infra claſſem, Gell. 7. 13.

Cœlũ an plurale inueniatur, Gell. 19. 8.

Committere, Doletus Tomo 2.

Cõparare, locupletare, Doletus Tom. 1.

Concio quot ſignificationes capiat, Gellius 18. 7.

Conſequi, Doletus Tomo 2.

Conſolari, Doletus Tomo 1.

Cõuenire & colloqui, Doletus Tom. 1.

Coſtalia cur, Cælius 16. 19.

Quid inter ſe differant Cylones & Chilones: ac ibidem Ciceronis uerbum explicatum contra quorundam ſententiam, Crinitus 7. 8.

¶ Damnare, Doletus Tomo 2.

Debere, Doletus Tomo 1.

Inter deportatos & relegatos differentia, Crinitus 22. 5.

Notum uerbum deprecor à poëta Catullo, inuſitate quidem, ſed apte poſitum, & proprie: deq; ratiõe eius uerbi, exemplisq; ueterum ſcriptorum, Gellius 6. 16.

An ſit idẽ deprecari quod recuſare, contra quorundam grammaticorũ opinionem, Alexander ab Alex. 4. 14.

Deſerere, cõſolari, & liberare, Doletus Tomo 1.

Deos eſſe accipiẽdos tam fœminino genere, quàm maſculino, Crinitus 23. 6.
Differre, Doletus Tomo 2.
Diligentia, Doletus Tomo 1.
Dimidium librum legi, aut dimidiam fabulã audiui, aliaq; huiuſcemodi qui dicat, uitioſe dicere, eiusq; uitij cauſas reddere M. Varronem, nec quenquam ueterum hiſce uerbis ita uſum eſſe, Gellius 3. 14.
Directarij, & dirigere quid apud ireconſultos, Crinitus 17. 8.
Diſplicere, Doletus Tomo 2.
Diſſentire, Doletus Tomo 1.
Diuerſari, ibidem.
Docere, diſcere, ibidem.
¶ Elegantia olim non de amœniore ingenio, ſed de nitidiore cultu atq; uictu dicebatur, Gellius 11. 2.
Errabundus, Gellius 11. 15.
Eunuchus & ſteriles mulieres an exhiberi poſſint, Gellius 4. 2.
Quid in libris Iureconſultorũ ſint Exconſules, Exquæſtores, Expræfecti, & alia eius generis: quodq; ſubagreſtia & parũ Latina ſint, Crinit. 10. 12.
Exiſtere, interire, Doletus Tomo 1.
Expectare, ibidem.
Exploratum, ibidem.
¶ Non hactenus eſſe faciem, qua uulgò dicitur, Gellius 13. 28.
Feſtinare & properare quid differant: & quàm incommodè Verrius Flaccus feſtinare uerbum interpretatus ſit, Gellius 16. 14.
Fingere, Doletus Tomo 2.
Flectere, Doletus Tomo 1.
Fringultire quid, Cælius 13. 1.
Habitare, Doletus Tomo 1.
Honoris uocabulum ancipiti ſententia fuiſſe, Gellius 12. 9.
¶ Impoſſibile an ſit Latinũ, Cęlius 9. 15.
Indigitare deos quid, et de indigitamentis, Crinitus 1. 18.
Inimicitiæ an in ſingulari reperiatur, Gellius 19. 8.
Inſecenda uerbum apud M. Catonem quid ſignificet, quodq; inſecenda potius legendum ſit quàm inſequenda, Gellius 18. 9.
Inſtaurari, Doletus Tomo 1.
Defenſio Vlpiani definiẽtis Inſtratum quid eſſet, Alexander ab Alex. 3. 19.
Interiectiones, Doletus Tomo 2.
Interire: idem Tomo 1.
Diſſenſio inter duos ludi profeſſores, ſuper uerbo Inuenio & reperio, cõtra obſeruatiões grammatici cuiuſdam, Alexander ab Alexandro 1. 21.
Iter, proficiſci, properare, adire, præſto eſſe, diſcedere: oĩa quæ ad greſſum, ut currere, migrare, redire, Doletus Tomo 1.
Inuidus unde, Crinitus 2. 16.
¶ Leuitatem & nequitiam non ea ſignificatiõe eſſe, qua in uulgi ſermonib. dicuntur, Gellius 7. 11.
Lex quid, Gellius 10. 20.
Liberare, Doletus Tomo 1.
Licere, ibidem.
Literæ, ibidem.
Locupletare, Doletus Tomo 1.
Cur quod in ſpectacula impẽditur, Lucar uocant? Plutarchus Problematũ Romanorum 88.
Lucinij, Cælius 3. 27.
De Ludibundo, & errabũdo, atq; id genus uerborum productionibus: & q Laberius ſic amorabundum dixit, ut dicitur ludibunda et errabunda: atq; inibi quod Siſenna per huiuſcemodi uerbum noua figura uſus eſt, Gellius 11. 15.
Lymphiones quid in epiſtola Phlegontis liberti, ac de Lympholentis nonnihil, Crinitus 24. 15.
¶ Magnum & multũ, Doletus Tomo 1.
De Mani uocabulo, Politianus 1. 18.
Verbum Mature quid ſignificet, quæq; uocis eius ratio ſit, & quod eo uerbo uulgus hominum impropríe utitur.
Medius, diuidere, Doletus Tomo 2.
De miliarijs apris & columnis, Crinitus 14. 6.
Minfacere quid, Crinitus 18. 5.
Miſſilia quid, Miſſilia fortunæ quæ, Cælius 26. 6.
Morbus & uitiũ quid differant, & quã uim habeant uocabula iſta in edicto ædilium, Gellius 4. 2.
Muginari quid apud ueteres ſignificet, & quomodo ea uoce utatur Cicero: Crinitus 18. 5.
De quartarijs mullionibus apud Lucillium

cillium,Crinitus 11.10.
Quid mulſum apud ueteres in ſacris, Crinitus 4. 8.
Municipes Romanorũ qui,Crinit.7.6.
Munire,Doletus Tomo 2.
Manere,Doletus Tomo 1.Habitare, Diuerſari,ibidem.
¶Neceſſitudo & neceſſitas an differãt, Gellius 13.3.
Negligens,Doletus Tomo 1.
Negotium,ibidem.
Nequitia quid proprie,Gellius 7. 11.
Nidarium,Cælius 25.28.
¶Quid ſit Obeſum, nonnullaq́ʒ alia priſca uocabula,Gellius 19.7.
Sermo habitus cum grammatico, inſolentiarum & imperitiarum pleno,de ſignificatiõe uocabuli, quod eſt Obnoxius,deq́ʒ eius uocis origine, Gellius 7.17.
¶Panchororum proxenus, Cęlius 5.4.
Parare,Doletus Tomo 2.
Participare,Doletus Tomo 1.
Paſſis uelis,& paſſis manibus dixiſſe ueteres,nõ à uerbo ſuo quod eſt patior, ſed ab alieno q̃d eſt pando,Gel.15.15.
Pati,Doletus Tomo 2.
Pellere,Doletus Tomo 1.
Quibus uerbis penus à Q. Sceuola deſinita ſit, quodq́ʒ eadẽ definitio reprehenſa ſit,Gellius 4.1.
Peroriga,Cælius Rhod.21.24.
Perſonæ uocabulum quàm lepide interpretatus ſit,quamq́ʒ uocis eius originem dixerit C. Baſſus,Gellius 5.7.
Pertinere,Doletus Tomo 2.
Pignoriſcapio,uide Vſuſcapio.
Plebiſcitum quid,Gellius 10.20.
Pluria qui dicat, & compluria,& compluries,non barbare dicere, ſed Latine,Gellius 5.21.
Aliud eſſe ad populũ loqui, aliud cum populo agere,Gellius 13.14.
Poteſtas,Doletus Tomo 2.
Præpoſitiones,Doletus Tomo 2.
Cuiuſmodi naturã eſſe quarundam prępoſitionum M.Cicero animaduerterit: diſceptatumq́ʒ ibi ſuper eo ipſo quod Cicero obſeruauerat,Gel.2.17.
Præſcriptio quinq́ʒ pedum apud iureconſultos quid,Crinitus 25.4.
Verba hæc,Præter,Propter, in uſu uulgi ꝓdita,etiã Ennij fuiſſe, Gell.19.10.
Prætermittere,Doletus Tomo 1.
Priuilegium quid,Gellius 10.20.
Qualis quantaq́ʒ ſit Pro particulę uarietas, deq́ʒ exemplis eius uarietatis, Gellius 11.3.
Probare,Doletus Tomo 1.
Verbum profligo à plæriſq́ʒ dici improprie inſciteq́ʒ, Gellius 15.5.
Proletarij qui,Gellius 16.10.
Pronomina,Doletus Tomo 2.
Quod M. Cato differre dixit properare & feſtinare,Gellius 16.14.
Propter,uide Præter.
Pulſare à uerberare quid differat, Alexander 3.19.
Pumiliones,Græce νάνοι appellari, Gellius 19.13.
Puteal,Cælius 10.17.
¶Quadrigæ an in ſingulari reperiatur, Gellius 19.18.
Quàm de pro quàm apud ueteres dici ſolitũ, & Lucretij uerſus expoſitus, &c. Crinitus 15. 4.
De quartarijs mullionibus apud Lucillium,Crinitus 11.10.
De uerbo quieſco,an e litera corripi,an produci debeat,Gellius 6. 15.
Quin particula quot qualesq́ʒ uarietates ſignificatiõis habeat, & quàm ſæpe in ueterũ ſcriptis obſcura ſit, Gellius 17. 13.
¶Recuſare,Alexander ab Alexandro, 4.14.
Regere,Doletus Tomo 2.
Relegatus à deportato quid differat,Crinitus 22. 5.
Religioſus quid proprie,Gellius 4.9.
Reliquamenta, Cælius Rhodig. 25. 23.
Reliquatores,Reliquari, & Reliquatio quid,Crinitus 15.3.
Reperio & inuenio,Alexãder ab Alex. 1. 21.
Reſcire uerbũ, quid proprie ſignificet, Gellius 2.19.
Retare flumina quid,Gellius 11. 17.
Rogatio quid,Gellius 10.20.
¶Sacellũ,Gellius 6.12. Vide Teſtamentum infra.
Saltem particula quam uim & originẽ habeat,Gellius 12.14.
Saulum quid,Cælius 12.16.

Scirpus Latinis olim,quod Græcis ænigma,Gellius 12. 6.
De ſcirpo, Crinitus 9. 13.
De ſcrupo,Crinitus ibidem.
Scruta quid,Politianus 1. 30.
Quid ſit ſculnæ,uerbum poſitum apud M. Varronem,Gellius 20. 10.
Sedere,Doletus Tomo 1.
Quod ſemiſſes homines pro minutioribus et ignauiſſimis à ueteribus dicantur,Crinitus 1. 13.
Septizonium,Cælius 22. 19.
Seruare,Doletus Tomo 2.
Serus,negligens,Doletus Tomo 1.
Siſtere,manere,habitare,ibidem.
Vocabulum Siticinum in M. Catonis oratione quid ſignificet: & quam ob cauſam L. Actius poëta in pragmaticis ſiciniſtas nebuloſo nomine eſſe dixerit,Gellius 20. 2.
Sonticus morbus quid, & Sontire uerbum quid,Crinitus 25. 10.
Sororiare quid,Crinitus 11. 12.
Spaſinum,Cælius Rhodig. 5. 3.
Spondere,Doletus Tomo 2.
Sponte,Doletus Tomo 1.
Quid eſt quod eos, quorũ patres ignorantur ſpurios uocant? Plutarchus problem. Rom. 103.
Quid illud ſit quod Vergilius cœlum ſtare puluere, & quod Lucilius pectus ſentibus ſtare dixit,Gellius 8. 5.
Stringere,Doletus Tomo 2.
Sub manu,Cælius Rhod. 30. 32.
Sumere,Doletus Tomo 2.
An qui cauſas defendit, recte Latineꝗ dicat ſupereſſe id q̃d defendit, & ſupereſſe proprie quid ſit,Gellius 1. 22.
Quid ſignificet uerbum in libris ueterũ creberrime poſitum,ſusꝗ deꝗ, Gellius 16. 9.
¶Tardare,Doletus Tomo 1.
Tegere,Doletus Tomo 2.
Tenere,Doletus Tomo 1.
Termiſtratores qui,Cælius 2. 13.
Quod neꝗ Teſtamentũ, ſicut Seruius Sulpitius exiſtimauit,neꝗ ſacellum, ſicuti C. Trebatius, duplicia uerba ſunt, ſed à teſtatiõe alterũ productũ, alterum à ſacro diminutũ, Gel. 6. 12.
Inſcite ab Aſinio Pollione reprehẽſum Saluſtiũ quod transfretationẽ transgreſſum dixerit, & tranſgreſſos qui transfretaſſent,Gellius 10. 26.
Tribuere,Doletus Tomo 1.
Triticum an plurale inueniatur, Gellius 19. 8.
Triclaria Diana, Leonic. 1. 40.
¶Variare,Doletus Tomo 2.
Quod differt pulſare à uerberare, Alexander ab Alexan. 3. 19.
Vergere,Doletus Tomo 2.
Vicarius,ibidem.
Vicarij qui,Cælius Rhod. 25. 23.
Viſere,Doletus Tomo 1.
Vitare,ibidem.
Quod differant morbus & uitium, Gellius 4. 2.
Vſuscapio, & copulate, & recto uocabuli caſu dicitur: ita pignoriscapio coniuncte eadem uocabuli forma dictum eſt,Gellius 7. 10.
¶Zeta & zetetæ quid,Cælius 12. 18.

## PROVERBIA, Titulus XI.

PAROEMIÆ quæ, Aelian. Variæ hiſt. Græcæ,fol. 53.
Aldus prouerbia Græca quædam ordine alphabeti excudit.
Prouerbiorum Grçcorum compendiũ, Zenobij,Apoſtolij.
Prouerbia Didymi & Tarrhæi.
Parœmiæ Diogeniani.
Indices Græci & Latini quos induſtrij quidam & eruditi homines in authores aliquot concinnauère, ut in Platonem,Pollucem, Cælium Rhodiginum,Baſilieñ.æditionis,&c. in litera Pi,ſub nomine Prouerbia, & in Græcis παροιμίαι,multa continent adagia.
Apophthegmatum eccleſiaſticorum & philoſophicorum liber quidam Græcus Romæ extat in Bibliotheca Pontificia. Sed apophthegmatũ mentio fiet in Moralibus, ubi ad Vrbanitatem & Facetias referentur: & fortaſſis nõnulla quæ Prouerbiorum quoque ſpeciem habeant, admiſcebunt.
Adagiorum Græcorum & Latinorum Chiliades quatuor Deſ. Eraſmi Roterodami, quibus prouerbia continentur 4141. Vide in Deſ. Eraſmo in prima parte Biblioth.

Pro-

Prouerbiorum catalogus alphabeticus: item claſſes per locos ab initio Chilia dum Eraſmi.

Epitome Chiliadum Eraſmi per Adrianum Barlandum. Item alia recẽtior, quam incœptam ab Eberhardo Tappio, Conradus Brunſſenius Embecanus abſoluit.

Adagiorum opus iuxta locos ſecũ congruentes & pugnantes digeſtũ, Thomas Vuolfius excudit Baſileæ, 1530. in 8. cum duplici Indice, chartis 51.

Vlpij Franeckerẽ. collectanea quædã prouerbiorum, quæ in Chiliadibus Eraſmi non habentur.

Adagia Germanica Latina & Græca Eberhardi Tappij.

Adagia Georgij Hauerij.

Prouerbia Gallicana Latine reddidit, Ioan. Aegidius.

Symmicta prouerbiorum Ioannis Braſſicani.

Oratio prouerbiorũ Philippi Beroaldi.

Adagiorum ſacrorum & prophanorũ opus Polydori Vergilij.

Epiſtolę prouerbiales et morales P. Fauſti Andrelini.

Prouerbia Germanica Ioan. Agricolæ Islebij, & Sebaſtiani Franck, qui ſua ex Antonio quodã (Tuccinij cognomine puto) & Eberhardo Tappio ferè collegit.

Sebaſtiani Franck Prouerbia Germanica in ordinem redegit uir quidam eruditus apud nos. Liber Tiguri nuper excuſus eſt.

Italica Prouerbia ꝑ tabulas aliq̃t impreſſa uidi Venetijs, circa annum 1543.

¶ *Prouerbia aliquot, quæ citantur, & exponuntur apud Plutarchum, Gellium, Cælium Rhodiginum.*

Cur apud Eleos in prouerbio eſt, Grauiora Sambico pati. Plutar. Proble. Græc. 47.

¶ Vnde factũ eſt hoc prouerbium, Hęc potior: Ibid. 42.

De canino prandio, Gellius 13. 29.

De equo Troiano prouerbiali, Gellius 3. 9.

Quid apud M. Catonem ſignificent uerba hæc, Inter os & offam, Gellius 13. 16.

¶ Quæ in ſermonibus quotidianis uulgata prouerbia apud Romanos in uſu fuerint, & quæ apud exteros frequentia, Alexander ab Alex. 5. 15.

De prouerbijs Græcis, Veriora ijs quæ apud Sagram: &, Amyris furit. Leonic. in Var. hiſt. 2. 99. & 2. 100. Cecropum forum, 3. 8. ibid.

De prouerbio, Diphilus Diphilo tardior, Cælius 15. 24.

Locus Plinij enarrat̃ de arbore ſuſpendio eligenda, Cælius 10. 7.

Prouerbia ex leonibus conformata, Cælius 13. 8.

De prouerbio, Inijce, Cælius 29. 2.

Quæ ſit prouerbij origo: Non ſi te ruperis, 29. 3. Cælius.

Leo riſit, Cælius 13. 19.

Melanura quæ dicantur, Cælius 25. 33.

Corium pro corio quid ſit: Item ludere de alieno corio, unde ortum ducat: nec non ſatisfacere de corio. Cælius 14. 7.

Perambulare crocum, Cælius 27. 26.

¶ PArœmiæ multæ paſſim adferuntur in Varia hiſtoria Ioan. Tzetzis, quarum nos plurimas (librorum ordine ſeruato & foliorum) hic adnotauimus: aliquas enim ad hiſtorias aut alio forte retulimus, quod admoneo, ut ſi quis prouerbia uenari ſtatuerit, ipſam Tzetzis hiſtoriam diligentius euoluat.

Probo uultu occaſionem, Tzetz. 5. 2.

In uacuum contrectare, ibid.

Tu uulneraſti, tu & medeberis, Tzetz. 6. 70.

Parœmia unde dicitur, 6. 85.

Iuxta Commodum meipſum mordens, ridebam tamen, 8. 203.

Non ſuſcipiendum, ſed ablegandũ retro 9. 269.

Breuior atque uelocior celeri, 9. 293. Tzetzes.

Maiore præditus memoria Iſocrate rhetore, atque Demetrio Phalereo, 9. 296.

Momus cum omnia uideat, ſeipſum nõ uidet, 9. 297.

Igitur ego imprecor ſceleſtis, 10. 311.
Meliora Iob tibi euenient, 10. 313.
Vltra Theſſalonicen & Pęonum excurriſti fines, Tzetzes.
De purpurea ueſte, quæ à Syloſonte fratre Polycratis data eſt Dario, Tzetzes 10. 333.
Multis in decadibus reuolutis annis, 10. 334.
Incendium ſine Vulcano atque lignis ſuſcepi, 10. 335.
Quæ utinam non fuiſſet, 10. 336.
Gratiæ omnigenûm bonorum, 10. 337.
Non ſolus uel primus paſſus es quæ paſſus es, 10. 342.
Marti Celeri & Palladi, & mihi curæ erit, & albis puellis, 11. 372.
Et lapidem, ut petræ fiſſę, non perpetuorum, & uenæ horum dolere ſciunt, 11. 376.
Si cucurbitæ iuxta comicum lippiebãt, 11. 378.
Tumultuariorum labyrinthorum intricamenta, 11. 379.
Tauri ſculpturam, niſi malis rhoſoſculpturam, 11. 393.
De Dædali manu fabrefactis, 11. 394.
Quarto nõ Rhos, ſed genere Myſus eſt, 11. 396.
Non in foro, ligneo indice, 12. 405.
Glorior magis, quàm in uictoria Leuctrica & Mantineæ Epaminundas ille, 12. 412.
Cuius ponderoſus lapis, lapidem effinxit Pauſaniæ matris, 12. 413.
Sed ſi mortalium non erubeſcitis natales, omnia ſaltem paſcentem Solis flammam ueremini, hoc ſcelus intectum nutriendo, 12. 414.
Etiam natura Theramenis, 12. 416.
Quarta luna, ut apparet, genitus, aliis laboro, 12. 417.
Iuxta obſoletas fabulas, non habens dæmonium, emo porcellum, 12. 418.
Pauca & ſi non ſuauiter, 12. 421.
Arbitror autem & ſymmoriam atque trittyem, 12. 422.
De Polycleti regula, 12. 426.
Statua ex amurca, Tzetzes, 12. 430.
Quē Mercurius in expetitis ſpecubus poſuerit, 12. 431.
Septa tranſiliiſti, iuxta inſignem ſaltatorem Phayllum, 12. 435.
Ipſe autem, ſi uoluerit, medebitur, neque aliquis alius, 12. 441.
Omnem funem mouere, 12. 442.
Omnem lapidem mouere, ibidem.
Martiis ueſtimentis, 12. 443.
Cimmerium exiſtentem me atque ſine ſole, 12. 448.
O palamnæe atque aliterie dæmon, 12. 449.
Et apud Myſos ſtupor, Hiera cum expugnaretur, 12. 454.
Homericum clytopolum, nunc agnoui maxime tardipolum, 1[illegible]. 460.
Non enim ego melior Petro fui, paſſus ſum aliquid puſillanime, 13. 462.
Modicæ fidei, cur dubitaſti? num tibi uiſi ſumus dignum eſſe tres pro uno occidere? 13. 463.
Non enim mortali capiti membra fabricata eſt, 13. 464.
De ſermone Xerxæ, de Artemiſia dicentis: Viri mei mulieres fuerũt, mulieres autem uiri, 13. 467.
Sicut olim Neleo, Mileſius ruſticus, 13. 468.
Tragice ſimul atque pragmatica, 13. 472.
Augur dexterrimus: quæ enim te mœrore afficiunt, peribunt Dei manu, in montem uel fluctus undoſi maris, 13. 474.
Noſtrum omnino & non alterius cuiuſdam facies eſſe pyramûntem, 13. 478.
Etiam nunc iuxta illud coryphæi, ſiletur quidem Petri catena, ueneratur autem furis furtum, 13. 482.
Veni igitur, ueni citiſſime, ut & tu decimum tertium certamen in Cõſtantini urbe fias, & accipias placentam uictorioſiſſimam, 13. 484.
Theſſalus imitare illum Pelei Theſſalum, 13. 486.
Tu uero dexter es cribro purgare triticum uulgatum ab electo, 13. 487.
Σακελλίσαι ὀν σιυλίσαι, ibidem.
Etiam circa munificos Ixion uiſus eſt, quid enim non ſuſpenditur? 13. 488.
Oſtraciſmo eiecit, Tzetzes 13. 489.
De Phamuſis, ibidem.

Non murem formidantibus, ſed impetum exhorrentibus, Tzetz. 13. 490.
Si in ſicco ligno talia auſus eſt, 13. 491.
Similis plantarum in uere. 13. 495.
Qualiter Homerus fingit Euphorbum, ibidem.

## DE NOMENCLATVRIS *rerum uariarum, Titulus XII, cuius partes ſunt 6.*

PARS 1. *De Nomenclaturis rerũ in genere primum: deinde de quibuſdam particulatim, ut domo & ſupellectile.*
2 *De cibis, ponderibus & menſuris.*
3 *De coloribus, & re ueſtiaria, &c.*
4 *De coronis.*
5 *De nominibus & cognominibus hominum proprijs.*
6 *De ludis.*

¶ *Pars 1. De Nomenclaturis rerum in genere, & de quibuſdam particulatim, ut domo & ſupellectile.*

GRæci Philologiã uocãt, quod uarietate lectionis circa nomenclaturas præcipue delectat ſtudiũ, & peruagando diuerſa authorum prata, apiculæ inſtar flores tantum ſectantis, cognitionẽ magis atq; uoluptatem, quàm certũ finem aut uſum ſibi proponit. Eam grammaticæ adnumeramus, quod uocabulis immoretur, licet diuerſarum artium limites ingrediatur, iiſq; ferè abſtruſis, rarioribus & à communi uſu remotis, ex eo genere potiſſimũ quę ſubſtantiua grammatici uocant. Huiuſmodi authores apud Græcos ſunt Athenæus & Pollux, apud Latinos Varro, Feſtus, & recentiores multi, qui mox nominabuntur. Parœmiarum quoq; ſcriptores non inepte ad philologos retulerit aliquis. Nos communiora tantum hic recenſuimus: nam quę certis artibus, ſiue uulgaribus ut mechanicis & alijs manuarijs, ſiue literatis, ut medicinę ac alijs attribuenda uidebãtur, ſuis quæq; locis relata ſunt.
Officina Ioan. Rauiſij Textoris, uide in prima parte Bibliothecæ.
Eiuſdem Epitome, per claſſes.
Nomenclaturæ rerum Sebaldi Heydẽ, Latinæ & Germanicæ, per claſſes. Item Petri Daſypodij: & Vuenceſlai Brack. Scripſit & eruditus quidã nuper apud nos copioſas rerum nomenclaturas in filiorum ſuorum gratiam, haud ſcio an æditurus. Sex linguarum Dictionarius, Latinæ, Gallicæ, Hiſpanicæ, Italicæ, Anglicæ & Teutonicæ, impreſſus Noribergæ in 8. anno 1541. chartis 12. & dimid. Similiter in claſſes digeſtus, ſine authoris nomine. Item Gaſparini Bergomenſis Latinæ & Italicæ. Claſſes rerum quarundã apud Noniũ Marcellum, ut uentorum, ueſtium, &c. Ioannis Piniciani promptuarium ſimiliter per claſſes, Germanicis plærunq; additis.

Multi authores argumentum aliq̃d ex profeſſo tractarunt. Scripſerũt enim & ueteres, & hoc noſtro ſæculo docti uiri, de re nauali, de ueſtibus, de uaſculis, de ponderibus & menſuris, de colorib. de coronis, de lapidib. & gẽmis, de menſibus, de ferculis, de piſcibus, de homine & eius partib. de ſupellectile & partibus ædium, de ſerpentibus, de uenenis, de quadrupedibus, de metallis, de animalibus, de plantis, de re hortenſi, ſeminaria, uineta, de uocabulis rei ruſticæ. Alij deniq; de forenſibus, alij de medicis uocabulis, aut literarũ aut aliũ ordinem ſecuti ſcripſere. Quorum plæraq; licet ad philologum aliquo modo ſpectent, confuſionis tamẽ uitandæ gratia ad alios aliarum profeſſionum titulos digeſſimus. Nõnulla uero licet aliò reijci potuiſſent, hic enumerabuntur: in tanta enim uarietate, & multitudine ſchedularum (quibus diſſectis & in uarias claſſes digeſtis hoc opus cõfectum eſt) non omnia ad ſuum omnino ordinẽ facile collocari potuerunt.
De telis, uide in bellicis.
De ædium partibus Lexicon Fran. Marij Grapaldi. Plura require in Mechanicis ubi de ædificijs agetur.
De ædificijs & ſtructuris uarijs, Iſidorus Etymologiarum lib. 15.
Diætæ notio multiplex, Cæl. 12. 18.
De domo, Lucian.
Colus, Theocriti Idyllion 34. ἠλακάτη.
Speculum, Bruſolus 6. 16.
De menſis, Iſidorus Etymol. lib. 20.

De lecticis, ibidem.
De lectis argenteis, Plin. 33.21.
De ſellis, Iſidor. Etym. lib. 20.
Sigma quid & unde, Cæl. 12.18.
De uaſorum genere, Iſidor. Etym. li. 20.
De uaſculis Carolus Stephanus.
In uaſa, Anthologij Græci lib. 4. ſect. 31.
De luxuria & frugalitate in uaſis, Plinius 33.21.
Quando lances immodicæ factæ, ibid.
De candelabris templorum, Plin. 34.3.
Cucuma quid, Politian. Miſcel. 1.30.
De uaſis ad deorum ſacrificia et ceremonias, Lilius Greg. Gir.
De cantharis exædificatis in memoriã ducum, Valtur. 12.11.
De poculorũ generibus, uide apud Athenæũ, à quo multa trãſtulit Stephanus Niger: item Macrob. Satur. 5.21.

¶ *Pars 2. De cibis, ponderibus & menſuris.*

CIBI ad artem culinariam referri poterant, aliqua tamen hic adferantur.
De potu Iſidorus Etym. lib. 20.
De eſcis, Iſidorus Etym. lib. 20.
De bellarijs multa ſunt apud Athenæũ, quorum partẽ Stephanus Niger Latinam fecit.
De porco Troiano, Macrob. Satur. 3.13.
De lacte & operibus lactarijs, libellus noſter.
De MENSVRIS et põderibus plura reperies, in poſtrema parte Geometricorum: in præſentia quę obuia erant adſcribam.
De ponderibus & menſuris Rob. Senalis, et Plinius li. 20. c. 29. Tabula Phil. Melanch. Galenus, Georg. Agricola, Aegineta, & alij quidam medici.
De ponderibus Io. Tortel. in mentione Talenti, in opere de orthographia.
De menſurarum nominibus, Balbus.
De talento, Epiphanius.
Ponderum, menſurarum, & numorum uocabula aliq̃t explicata apud Ang. Decemb. parte 53.
De aſſe & partibus eius L. Voluſius Metianus.
De eiſdem libri 5. Guilielmi Budæi.
Pecuniæ quę olim fuerint, Alexand. ab Alex. 4.15.

¶ *Pars 3. De coloribus, & de re ueſtiaria, &c.*

De COLORIBUS in Pictura dicendum copioſius.
De ijs libellus extat Ant. Thyleſij.
De picturis, pictoribus, coloribus, Plinius 35.29.

¶ De Temporibus, Iſidor. lib. 5. Etym.
De annis & menſibus diſſertatio Lilij Giraldi.
De menſium nominibus, Alfraganus.
De dierum, menſium, annorumq́ obſeruatione, Cornelius Vitellius.
De nonis, idib. & calendis, Thaddæus Dunus.
Plura ad temporum rationem pertinentia, in aſtronomia require.

¶ De RE ueſtiaria etſi inter manuarias artes ſcribendum erat, hic tamẽ quæ occurrerint, annotabo.
De re ueſtiaria, Iſidor. Etym. lib. 19. Carolus Stephanus.
De ueſtibus Raph. Volaterran. lib. 27. Nonius Marcellus.
De ueſtimẽtorum generibus, Lazarus Bayfius.
De ueſtiaria re libellus ex Bayfio excerptus, cum Gallica uocum interpretatione. Rob. Stephanus excudit Pariſijs, 1535. in 8. cum Indice.
De ueſtitu, Bruſolus 7.12.
Inuentio ueſtiũ è pellibus, Cælius 16.3.
De origine ac uſu prætextæ, & quomodo hæc in uſum tranſierit nominis, Macrob. Satur. 1.6.
De ſymbolo Pythagorico, Stragula obuoluta ſeruanda, Cælius 16.18.
Gorgiæ indumentum. Aelian. Var. hiſtoriæ Græcæ, fol. 55.
De affectatione nouitatis in ueſtitu, Philip. Melanchthon.
Sumptuoſe ueſtiti, Aelian. Variæ hiſt. Græcæ fol. 43.
De luxu in ueſte, Valerius et Fulgoſus, uterq́ lib. 3. ca. 6.
Verba T. Caſtritij rhetoris ad diſcipulos adoleſcentes de ueſtitu atq́ calciatu non decoro, Gell. 13.20.
De cingulis, Iſidor. Etymol. lib. 19.
Vocabula plura de rebus conformata quæ geſtantur: item ad id pertinẽtia alia, Cælius 20.29.
De mundo uiri & muliebri, Artemidorus de ſomnijs 2.
De ornamentis, Iſidorus Etym. lib. 19.
De Lydorum ornatu, Cælius 20.14.

De

De ANNVLIS, Iſidor. Etym. lib. 19.
Imaginem Dei annulo non inſculpendam, Cælius 16. 18.
In annulum quem dono amicæ mittit, Ouidius Eleg. 2.
Annulus cur in digito eo gerat, qui in ſiniſtra manu minimo eſt proximus, Macrob. Sat. 7. 13. quæſtione 2.
¶NAVLia quę ſint in Ouidij artib. atque inibi de barbaris organorum appellationibus, quibus Græci noſtrique utantur, quodque etiam Chaldæi Græca interim noſtraque id genus uocabula non aſpernantur, Politianus 1. 14. Sed organorũ nomina ſuum in Muſicis locum habebunt.

¶Pars 4. De coronis.

De coronis ſcripſit Callimachus, teſte Plinio: & Io. Tortellius in dictione Stemma, in opere de orthographia.
Coronæ quid, Cælius 15. 20.
Coronarum duplex origo, Cælius 6. 18.
Coronarum inuentor Ianus, Leonicen. Var. hiſt. 1. 71.
Quæ corona prima Romæ, Plin. 18. 2.
Quando primũ corolla inuenta uel appellata, & quare, Plinius 21. 2.
Qui primũ coronas inuenerint, Polydorus 2. 17.
De uarijs coronarum generibus, Ant. Thyleſij libellus: & Polydorus 2. 17.
Coronæ diuerſæ, Textor in Officina, 337.
De ſtrophiolo ſerto, & qui primum flores miſcere cœperint, Plinius 21. 2.
De honore coronarũ, Plin. 21. 9. & 21. 3.
Quis primum coronam folijs aureis & argenteis dedit, & de Scipionis honore: & de pactilib. coronis, & Cleopatræ reginæ facto, Plinius 21. 3.
Corollarũ e florib. inuentio, Cæl. 26. 20.
Quãdo primũ corona aurea, Plin. 33 2.
Stephanophorus qui, Cælius 22. 21.
De coronationibus & coronis uaria, Ang. Decembrius parte 56.
De ciuica corona, & qui frondea corona donati, Plinius 16. 4.
Cur qui ciuem in prælio ſeruaſſet, corona querna donabatũ? Plutarch. problema. Rom. 92.
A quibus ciues coronandi conſuetudo manauerit, Polydorus 2. 17.
De coronis militaribus leges, Valturius 12. 7.
De coronis militaribus quæ ſit earum triumphalis, quæ obſidionalis, quæ ciuica, quæ muralis, quæ caſtrenſis, quæ naualis, quæ oualis, quę oleaginea, Gellius 5. 6.
De corona graminea, & uarietate eius, & qui ſoli corona ea donati, Plinius lib. 22. ca. 3. & 4. & 5. Qui ſolus centaurio coronatus, ibidem ca. 6. Plura de coronis apud eundem li. 21. ca. 2. & 3. & 4. Vide Indicem in Pliniũ.
E palma corona cur omnibus certaminibus cõmunis, cum alioquin aliud aliam coronam ſibi uendicet, Plutar. Sympoſ. 8. 4.
De quatuor ſacris Græciæ certaminib. & de illorum coronis: & quamobrẽ uictores omnes palmæ ramum manu geſtabant, Leonicẽ. 1. 68.
Præſtentne ex floribus corollæ, an arborum ramis, Cælius Rhod. Quære in Indice eius in Floribus.
Cur apij coronis in conuiuijs utebantũ, Leonic. 1. 24.
De conuiualib. coronis Atheneus nonnulla habet, quæ etiã Stephanus Niger tranſtulit.
De uſu coronarũ in cõuiuijs: inibique locus Vergilij enodatus, Polydor. 2. 17.
Sertis floreis an uti liceat in conuiuio, Plutarch. Symp. 3. 1.
Cur in ſympoſijs coronati diſcũbebantũ: & quod epithymiades pectorum uocabantur corollæ, coronarumque nominis origo, Leonic. 1. 70.
De coronis ex pinu & apio, Plutarch. Symp. 5. 3.
De myrto coronaria iuxta Elpenoris tumulum, Leonic. 1. 75.
Ex dictamno corollæ cur dentũ Ilithyiæ, Cælius 28. 24.
Roſaceæ coronæ uocabula, cyliſtos, eccyliſtos, ſtephani ſynthematici, chydeæ, theſeum flos, cyanus, baptiſecula: corollæ ex lygo, & arundine, ac myrto: hypothymides corollæ quæ. Coronarũ in ſacris conſuetudo, Cælius 27. 26.
De roſa in coronis, Plinius 21. 4.

De philyra & lemniſcatis coronis, Politian. 1.72.

Decertare drama ad corollas. στέφανη unde, choronos, Cælius 6. 19.

Sepulchrorum coronæ, pothos, amarantus, Cæl. 17.21.

¶ *Pars 5. De nominibus & cognominibus hominum proprijs.*

De nominibus Romanorum, & quod à Sabinis prænomen acceperint, ex fœdere cum Romanis facto: tum qua die Romani nomen aſſumerent, Crinit. 3. 4.

Plæraq; ueterum Romanorum cognomenta, quibus de cauſis indita & denominata fuerint, Alexand. ab Alexand. 1. 9.

Merita uictorum ac triumphantium cognominibus ſiue prænominibus celebrata, Valturius 12.9.

Nomina à uirtute, felicitate, moribus, ac uarijs producta euetibus, Cælius 24. 6.

Plura, ſi bene memini, habentur in œconomicis ubi de infantibus.

¶ *De Ludis pars 6.*

Nominabimus fortè ludos alios alijs locis commodius, ut uel in re medica inter exercitia corporis ualetudinis gratia: uel in hiſtoria animaliū, ut uenationem, aucupium, quæ cum temporis fallendi gratia magis quàm utilitatis alicuius fiunt, recte ludos appellaueris: uel in puerorum educatiōe, pueriles ludos, quibus aut corpus illorū firmatur, aut ingenium acuitur, & maioribus ſtudijs præparatur, aut ſimul utrūq;, aut ociū certe res peſtilens uitatur: uel in philoſophia morum, ubi de uoluptate & auaritia agetur, multi enim ludendo aliud nihil ſpectant, quàm aut impotentem quandam animi delectationem aut lucrum. Cantus ad Muſicam pertinet: in re militari etiam exercitia quædam ludos uocamus, ex quibus ſunt omne genus palæſtræ, & quæ ad quinquertionem referuntur, ſaltatio, natatio, &c. Horū nonnulli etiā extra belli tempus, aut ad imperatorum libidinem, aut ſtultam populi uoluptatem uſurpantur, ut gladiatorij quondam ludi, retiarius & mirmillo. In poëtica, fabulæ, ut comœdiæ, & tragœdiæ, ludorum nomine ueniunt. Inuaſerunt & in religionē ludi, ut Olympia, Nemea, & alij plurimi, quos diuerſis dijs gentilium error conſecrauit. Deniq; nulla propemodū ars eſt, nulla profeſſio, in qua nō ſui ſint ludi, hoc eſt, leuiora progymnaſmata quædā: & haud ſcio an Ludus inde appellatus ſit locus primis Grāmaticę exercitijs deſtinatus. Certe ubicūq; imitatio aliqua eſt, ridicula pręſertim, ludus appellari ꝓpemodū ſolet. Hoc plæriſq; cōmune eſt, ut duo uel plures inter ſe cōtendant, perpauci qui ingeniū requirant, ſingulares ſunt: corporis uero exercitia plurima ſingularia eſſe poſſunt. Græci quod huic par ſit uocabulum, ni fallor, non habent: ἀγὼν enim & alia quædam ſignificat, & ludos ſerios, non leues, ut παιδιά. Hanc rerū & ſignificatiōis uarietatē ideo perſtringere uolui, ut magis æqui mihi lectores eſſent, ſi in tanta rerum uarietate (ex uno enim alia quoq; multa ſimiliter ſe habere iudicabunt) uel ſuo quædam omiſſa loco: uel quæ poſita ſunt, nō omnino ad unum genus conuenire uideantur. Commemoremus igitur ludos diuerſos, quicunq; in præſentia obuij fuerint, præſertim cum certum genus nullum hoc in Titulo, ſed uarias tantū nomenclaturas polliceamur.

¶ In ludos locus 81. apud Martialem ex noſtra caſtigatione.

De ludo epigramma P. Vergilij.

De exercitijs uarijs & ludis, Iſidorus 18.

De omnium ludorū genere liber Aglæ cuiuſdam, ſi recte legi.

Ludere, Doletus Tomo 2.

Ludus, Florilegij Græci li. 1. ſectione 60.

Ludorum origo, Cælius 8.7.

Volſi Ludij qui, Cælius 15. 11.

Ludere domi ſuæ quid ſit: cur ludo comparetur ſapientia, Cælius 25.11.

Ludorum origo, Cælius 8.7.

De quorundam ludorum origine apud Latinos, Polydorus 2.14.

De ludo diuerſo, quo ſummi uiri ſæpe occupati fuerunt, Raph. Volater. 29.

Ludorum adparatus & genera, Bruſonius 3. 38.

De

De celebritate ludorum, Raph. Volaterr. 29.
Ἀρτιάζειν, Cælius 10.2.
De ludis fortuitæ amiſſionis bonorum, Hierem. Paduan. 4.2.10.
De alea Io. Carnoteñ. lib. 1. Polycratici.
De aleatorib. Cyprianus Carthagineñ.
Alea quid, Cælius 17.23.
De Curio aleatore, & quàm nobilis tradat fuiſſe in talari ludo, Crini. 24.14.
Aleæ ac teſſerarum inuentores, Cælius 20.14.
De teſſeræ inuentione, Leonic. 3.52. uariæ hiſt.
In aleatorem (cybentû) ſcommata, Florilegij Græci lib. 2. ſectione 27.
A quibus primum inuenti ludi, aleæ, teſſerarum, furunculorum, talorũ, par impar, micare: ac quid ſit teſſera uel talus, Polydor. 2.13.
De talorum inuentione, Leonic. 3.52.
Meliæ aſtragali, Cælius 18.31.
De talorũ figuris aut numeris: diagrammiſmus, grammæ, ſeu lineæ: cuborũ inuentor: peſſorũ ludus: petteutice: coleps: Midas iactus: aſtragalion, Cælius 20.27.
De Herculis oraculo ex talis & abaco apud Buram, Leonic. 1.39.
De talorum, teſſerarum, & calculorum ludis, Cælius Calcagninus.
De ludo talario dialogus Nicolai Leonici Thomæi.
De ludo ſeptem ſapientum, Decius Auſonius.
Oſtomachia, Decij Auſonij.
Ludi poëtici, ut Technopægnion Auſonij, alibi dicentur.
Liber ſortium Germanicis rythmis conſcriptus, cum rotula, &c. Impreſſus nuper Argẽtorati apud Baltaſarem Beck in folio.
Chartæ luſoriæ uarijs in locis impreſſę, elegantiſſimę aũt Pariſijs apud Vuechelum cum ſententijs ueterum poëtarum: & aliæ cum rythmis Gallicis: & aliæ in Germania cum ſententijs Biblicis lingua uernacula.
Ioan. Lodouici Viuis dialogus de ludo chartarum ſeu foliorum, in Exercitatione linguæ Latinæ.
De ludo ſcacchorũ ſiue latrunculorũ, M. Hieronymi Vidæ poëma. De eodem libellus rythmis Germanicis, impreſſus olim in 4. cum figuris. Ludus ſcacchorum, in Hypnerotomachia Polyphili.
Io. Lud. Viuis, ludi leges, & luſus pueriles, in Exercitatiõe linguæ Latinę.
Arithmomachia Iacobi Fabri Stapul.
De ludo puerorum, Cælius 18.9.
De ludis puerorũ, Ioach. Camerarius. De ijſdem locus eſt apud Iulium Pollucem, quære in Indice Baſilienſis æditionis.
Qui ludi apud Romanos frequẽtes fuerint, qui apud exteros, quæúe ſint nuces ocellatæ apud Tranquillum, Alexander ab Alex. 3.21.
¶ Vnde mos committendi gallos gallinaceos in pugnam, Aelianus Variæ hiſt. Græcæ, fol. 72.
Gallinaceorũ Athenis compugnantiũ in theatro ſpectaculum, Cæl. 17.32.

¶ *De ludis, quibus corporis aliquod exercitium coniungitur.*

Sphæriſterium, Cælius 25.2. Alexander ab Alex. 3.14.
Pilæ luſus inuentores, Cælius 20.14. & 14.1. & Leonicenus 3.52. Polydorus 2.13.
Sphęromachia et pilaris luſio, nominantur à Statio in præfatione in quartũ Syluarum.
Melomachia, Cælius 13.25.
De ludo globi myſtice, Nicol. de Cuſa.
Diſci primus repertor Perſeus, Leonicenus 2.45.
Halteres qua cõponerentur figura, Cælius 14.4.
De pityliſmate, Politian. 1.38.
De ſciamachia, Politianus 1.34.
Glaucus ſciamachus, Cælius 13.30.
De ſciamachia & chironomia, Cælius 11.6.
De coryco & ſcariphiſmo. Acrochiriſmus, acrochiri, hoplomachici, monomachia, Mantinica armatura, exercitationis diſtinctio, ecplethriſſare, pityliſſare, tactici, chiropedæ, Cælius 11.6.
De uenatica, Io. Carnoteñ. 1. De aucupio, Oppianus. Sed qui huiuſmodi

ſcripſerint, copioſius in Hiſtoria noſtra animalium perſequemur.
De natandi arte, Nicolai Vuinmanni dialogus.
¶ In certamina publica, agônas, Florilegij Græci lib. 1. ſectione 1.
Halea certamina, Cœlius 17.23.
De Calpes appellato certamine, et quando fieri cœptum, nec nō quando introduci deſierit, Leonic. 2. 58.
Tranquilli locus in Nerone, de Iuuenalibus ludis, Cælius 19.22.
De certaminibus ſacris, Cælius 21.31.
De quatuor certaminibus ſacris Græciæ, & eorum coronis, & cur uictores omnes palmæ ramum manu geſtarent, Leonic. 1.68.
Quis primus inſtituerit apud Græcos Olympicum certamen, & alios id genus ludos, Polydorus 2.13.
De primis Olympici certaminis fundatoribus, & reſtauratoribus poſtmodum, Leonic. 2.57.
Quomodo in ſola Ariſtopatera Hellanodicæ legem Olympiorū tranſgreſſi ſunt: & qui ſint Hellanodicę, Tzetzes 12.407.
Mulieres ab Olympijs excludi ſolitas, Cælius 14.14.
Athletarū ſugillatio fœda, Cælius 7.11.
Galenus in Adhortatione ad artes ex Menodoto multa ſcribit aduerſus athletas: item in libro Vtrum conſeruatio ſanitatis medicinæ aut gymnaſticæ ſit.
De more ſortiendi per literas inter athletas, Cælius 22.18.
Athletica habitudo, Cælius 26.2. Et Galenus in aphoriſmum quendam Hippocratis lib. 1.
Anancophagia, Cælius 26.1.
Athleta uictor antequam coronaretur, mortuus, Aelianus fol. 43.
De Sicyonio Soſtrato athleta: item de Leontiſco Meſſenio, & Polydamante Scotuſæo hiſtoria, Leonic. 2.63.
De Cleomede Aſtypalæo athleta hiſtoria, Leonic. 2.64.
De Theagene Thaſio athleta hiſtoria, Leonic. 2.65.
De Euthymo Locrenſi athleta, eiusq; pugna cum Temeſſæo dæmone, & uictoria, Leonic. 1.42.
Amycus & Pollux ceſtu pugnāt, Theocritus Idyllio 27.
Quare Homerus primo ſemper loco, ubi de certaminibus loquitur, ponat ceſtum, ſecundo luctam, ultimo curſum, Plutarch. Sympoſ. 2.5.
Pancratiaſtes quid & pancratium, Alexander ab Alex. 3.9.
Pancratiaſtę qui proprie dicant. Quintiliani locus explicatur: item plura de certaminū generib. & ad ea pertinentib. uocabulis: pyctæ, ſphæromachia, acrocherſites, Glaucus ſciamachus, Pammachi, pentathli, palæſtræ inuentor, philopentathli Aeginetę cur: ſaltus uocabula: canon, dolichus, diaulus, præmiorum nomina plura, ſoſtra, ſoteria, Cælius 13.30.
Quinam pugiles morte obita uictores fuerunt declarati, Leonic. 2.81.
Pugiles Olympiæ ad Iouis Horcij ſimulachrum iurabant, Leonic. 2.62.
De Heraclide pycta, & Druſi Tiberij medico, Cælius 29.17.
Hiſtoria de Cleomede pycte, & quibus geſtis atque honoribus claruerit, ex Theodoreto & alijs, Crinitus 15.1.
Nicodorus ex pugile legiſlator, Aelianus Græcus uariæ hiſt. fol. 11.
De Damocrate palæſtrita, Cęlius 19.28.
De Milone luctatore, Tzetzes 2.39.
An lucta inter certamina antiquiſſima ſit, Plutarch. Symp. 2.4.
Luctari, lucta, Aelian. Græcus fol. 47.
Oricadmus legiſlator luctæ, Ibidem.
Gymnopædiæ Spartanorum, Cæl. 18.1.
Palæſtram quis primus inſtituerit, Polydorus 2.13.
Iphicli in currendo agilitas mira, Cælius 5. 5.
De certamine currentium cum lampadibus, Leonic. 1.20.
De ijs qui pedum celeritate apud antiquos claruere, Leonic. 3. 29.
Ludi Circenſes Romæ qui fuerint, Alexander ab Alex. 5.8.
Qui ſint apud Senecam ordinarij gladiatores, & poſtulatitij, Cælius 11. 10.
Tatianus in oratione contra Græcos, multa dicit aduerſus gladiatoria ſpectacula.

Con=

Conſummati gladiatores qui dicantur. Aperitur Plinij difficultas. Itē qui Samius gladiator apud Ciceronē, contra aliorum ſententiam. Item gladiatorum petitiones, cōpoſitiones, commiſſiones, datualia, datuatores. Senecam cur diceret Caligula commiſſiones meras. Crupellarij & ferrati qui, Cælius 11. 11.
Qui xyſtici, quiue thymelici apud iurecōſultos dicti ſint, quódue officium, et quid nomina deſignarint, Alexander ab Alex. 3. 9.
Haſtici ludi ſiue xyſtici, Cælius 21. 18.
De xyſto, & inde deriuatis, ibidem.
Ludorum militariū celebrationes, Valturius 12. 12.
Palmarij conflictus, palmarium, Cęlius 7. 29.
De ſaltationibus Athenæus Græce: & ex Athenæo Stephan. Niger Latine.
De ſaltatione, Lucianus: Xenophon in Sympoſio.
De ſaltationibus Pylades Cilix.
Coppa ſaltatrix puella P. Virgilij.
Saltationis laus & origo de Græco penu, Cælius 5. 3.
Quod tres partes ſint ſaltationis, φορά, σχῆμα, καὶ δεῖξις, id eſt, ipſe motus progrediendi, habitus & figura, & oſtentatio: & quid unūquodq; horum ſit. Et quæ communia habeat poëticæ et ars ſaltandi. Plutarch. Sympoſ. 9. 15.
Choream ducere unde noſtris mos ſit, Polydorus 5. 2.
Hyporchema, Cælius 5. 3.
Staſimon, ibidem.
Saltationum ſpecies, podiſmus, comus, pyrrhicha, pyrſurides, pyrimachus. Siciliſſare quid; panchororum proxenus. Saltationis partes, Cæl. 5. 4.
De ſaltationis armatæ genere pyrrhiche appellato, & unde nomen inuenit, et quo fiebat modo, Leonic. 1. 87.
Pyrrhicam ſaltationem quis inſtituerit, Polydorus 2. 13.
¶ Ludi & ſpectacula, Textor in officina 564. Baſilieñ. æditionis.
Spectacula ædere noſtris unde mos ſit, Polydorus 5. 2.
Spectacula noxia moribus, Cælius 8. 7.
De origine Theatri, & in eo recitandi comœdias tragœdiasq; modo, & qui primo Romæ theatrū & amphitheatrum ac circū conſtruxerint, & quare amphitheatrum harena ſpargeretur, Polydor. 3. 13.
De Romanis ſpectaculis & ludis apparatiſſimis Probi imperatoris, cum de Germanis triumpharet, Crinit. 12. 7.
Qui primus legē theatralem Romæ tulerit, & quot leges plebem ab optimatibus poſtea diſtinxerint, Alexander ab Alex. 5. 16.
Theoricæ pecuniæ quæ, Cælius 8. 9.
Artaba, thearion, & theoricum locus; theori, & theoris, ibidem.
Lineam poſcere quid: & quid in ſpectaculis linea, Cælius 5. 14.
Sphæria quæ in theatro ſpargerentur, Cælius 25. 2.
Cur libenter illos audiamus, qui imitantur iratos & dolentes: commotos autem his affectib. inuiti uidemus, Plutarch. Symp. 5. 1.
De eo certamine, quod apud Mauſoli ſepulchrū à ſcriptoribus inclytis decertatum eſt, Gellius 10. 18.
Qui ludi ſcenici, qui Megalenſes, qui Taurij, Cōpitalitij, Iuuenales & Honorarij fuerint, Alexander ab Alex. 6. 19.
Comicus apud Spartanos luſus, Cęlius 6. 17.
Hiſtoria de Polo hiſtrione memoratu digna, Gellius 7. 5.
De hiſtrionibus & mimis, Ioan. Carnotenſis 1.
De hiſtrione epiſtola Cypriani.
De funebribus ludis, Sabellicus lib. 10. cap. 15.
De barbarico quodam & periculoſo ludi genere, Leonic. 2. 91.
Sarmaticus ludus, Cælius 18. 24.
De ludis Cyclopeis, Crinitus 17. 3.

## TITVLVS XIII. DE VARIIS,
*cuius partes ſunt 8.*

Pars 1. *De authoribus qui uaria ſcripſerunt uno in opere, apud Græcos & Latinos. Et qui in uarios authores eodem in opere aliquid obſeruauerint.*
2 *De indicibus librorū arte parandis, quam quis*

*ad alios etiam libros quouis ordine inſtituendos, & uarios in ſtudiorum ratione uſus adhibere poterit. De indicibus copioſis, qui in authores aliquot à ſtudioſis hominib. confecti ſunt. Ratio parandorum indicum in bibliothecas publicas aut priuatas.*

3 *Problemata, quæſtiones, & diſputationes.*

4 *De locis communibus.*

5 *De ratione colligendi locos cõmunes, eorumq́; exempla ſiue materia, circiter 950.*

6 *De collectaneis locorum cõmunium, tum adeſpotis, tum ſecundum nomina authorum alphabeti ordine digeſta.*

7 *De bibliothecis, id eſt catalogis ſcriptorum, et locis multorum librorum cuſtodia inſignib. & ſtructoribus eorum.*

8 *De mirabilibus.*

¶ *Pars prima, de authoribus qui uaria, & miſcellanea ſcripſerunt.*

AVthorum qui ad Philologię album adſcribendi nobis uidentur, alij unum aliquod & certi generis argumentum ſuſcepere, ut qui nomenclaturas rerum per claſſes enumerant, ſiue pluriũ uno in opere, ſiue unius tantum generis, quod uſum cõmuniorem, nec alicui ſtudiorum profeſſioni propriũ habeat, ut Bayſius de re nauali: de quibus partim in proximo iam titulo dictum eſt: partim alibi per occaſionem dicetur. Alij in unum librum argumẽta uaria coniecere, ut quæq; animo prius ſe offerebant, nõ alia methodi uel ordinis ullius ratione habita. Quod ipſi quoq; tituli librorũ aliquot profitentur, ut Variæ hiſtoriæ, Miſcellanea. Huiuſmodi igitur lucubrationes aliquot hic receſeantur, Græcorum primum, deinde Latinorũ.

¶ *Qui apud Græcos uaria ſcripſerint.*

Aeliani uaria hiſtoria Græce, & Latine ex Conradi Clauſeri noſtri trãslatione, quæ nondum in lucẽ prodijt.

Athenæi dipnoſophiſtarum libros Græcos caſtigauit & indicibus illuſtrauit doctiſſimus uir Chriſtianus Herlinus. Non pauca ex eo tranſtulit Stephanus Niger. Hieronymus Pariſetus quoq; bonam eius partẽ uertiſſe dicitur. Audio in Italia totũ eſſe translatum, ſed nondum accepiſſe publicum.

Stromatum Clementis fragmenta Græca hodieq; extant: & pauca quædam inde cum Heraclide Pontico noſtro excuſa ſunt de furtis poëtarum.

Io. Tzetzæ Hiſtoria uaria per Chiliades diuiſa, Græcis uerſibus politicis: impreſſa nuper Baſileæ cum Latina interpretatione ad uerbum, Pauli Lacisij Veronenſis è regione.

Ariſtotelis mirabiles narrationes, rara quædam mira, & iucunda lectu in diuerſis rebus tradit, ut animalib. metallis, plantis, hiſtorijs.

Iulij Pollucis Onomaſticõ Græce, et Latine, Rodol. Gualthero noſtro interprete: utrũq; Baſileæ impreſſum eſt, & Græcum quidem cum indice Græco copioſiſſimo, & altero Latino.

Plutarchi Sympoſiaca, ſiue conuiuales quæſtiones: hactenus quod ſciã nondum Latinæ. Phil. Melanchton tantũ libri ſeptimi caput 6. uertit. Conuiuales quęſtiones fortè in politicis q̃q; inter Conuiuia nominabimus.

Ex hiſce & alijs apud Græcos grammaticis & philologis, multa recentiores & qui noſtro ſeculo floruerunt, ut Cælius Rhodiginus, Leonicenus, et alij quidã, in Latina ſua uolumina deriuarunt.

¶ *Qui apud Latinos uaria ſcripſerint.*

Alexandri ab Alexandro I.C. doctiſſimi, Genialiũ dierum libri 6. multa habent, quibus Grammatica, iuriſprudentia, & uarij authores illuſtrantur. Nos ſingulorum librorum capita deſcripta, ad ſuos paſſim ordines in hoc opere digeſſimus: ut aliorum etiam qui eiuſmodi argumenta tractauerunt, apud Græcos & Latinos quàm plurimorũ, quod in ſingulis teſtari tædioſum foret. Cur autem illorũ, qui Varia ſcripſerunt (quibus etiam Locos cõmunes adnumero) potius q̃ illorum qui certũ quodpiã argumentum tractarũt, capita Pandectis noſtris inſeruerim, hæc cauſa eſt: quoniam in uno argumẽto quid quærendũ ſit facile intelligitur, in uarijs non item.

Angeli Politiani Miſcellaneorũ Centuria. In eadem Iodoci Badij ſcholia, & Georgij Merulæ cenſuræ.

A. Gellij

A. Gellij Noctium Atticarum libri 20. In eaſdem Iacobi à Cruce annotationes: item Petri Moſellani excuſæ Coloniæ tum in margine tum poſt capitis cuiuſq; finem.

Cælij Rhodigini Antiquarũ lectionum uolumen aut Theſaurus uerius, in libris 30. per Camillum Richerium à morte authoris locupletatum.

Cypriani Vomelij Miſcellanea.

Deſ. Eraſmi Chiliades quãuis ſupra in prouerbijs nominauimus: quoniã tamen prolixas ſæpe digreſſiões, & uariarum rerum cognitionem complectuntur magis quàm ulli aliorũ, qui prouerbia ſcripſere libri, hic quoque præteriri non debuerunt.

Franciſci Floridi Lectionum ſucciſiuarum, libri 3.

Gulielmi Budæi Pandectæ. Eiuſdem opus de Aſſe.

Gulielmi Inſulani Miſcellanea linguæ Latinæ.

M. Aurelij Caſſiodori Varia, liber hoc titulo.

Macrobij Saturnalium uel Conuiuiorũ libri 7. multa habent philoſophica, grãmatica, medica, &c. Opus uariũ & collectum.

Nicolai Leonici Thomæi de uaria hiſtoria libri 3.

Polydorus Vergilius multijugę lectiõis ac eruditiõis uir, de inuentorib. rerũ.

Petri Criniti de honeſta diſciplina li. 25.

De intitulatiõibus, Ponticus Virunius.

Miſcellanea ex diuerſis hiſtoriographis, &c. quibus uarij hominũ mores, exempla, proprietates, nomẽclaturæq; rerum & locorum, &c. explicantur. Liber impreſſus Pariſijs apud Gormontium in 4. neſcio quo authore.

De mixtis & uarijs prouerbia ſynonyma, in altero indice Chiliadum.

Maximi Tyrij ſermones 41. in argumenta diuerſa.

Io. Carnotenſis polycraticon, libris 8. q; multa contineat ſic inſcriptum.

De rerum inuentoribus libri 8. Polydori Vergilij.

De inuentis, Scamon author Græcus, non extat.

Gulielmi Budæi Philologiæ libri 2.

Facetias & apophthegmata in Ethicis cum urbanitate reperies.

Varij argumenti libellos aliquot Ioachimus Fortius Ringelbergius ſcripſit, ut Chaos, Experimẽta, & librum de homine.

Liber Græcus continens prophetias, et parœmias diuerſas, & epiſtolas, in bibliotheca quadam Italiæ latitat.

De rebus Aegyptijs Cælij Calcag. liber: inſunt autẽ plurima hieroglyphica.

Hypnerotomachia Polyphili, liber Italicus, uarij omnino argumenti.

Marſilij Ficini de triplici uita libri 3. medica, phyſica, & aſtrologica habent.

Qui de naturis rerum ſcripſerunt nonnulli, quanquam in eodem uolumine, de metallis, lapidibus, animalib. & plantis ſcripſerunt, ordine tamen aliquo id faciunt, & omnia hæc ad phyſicam pertinent, ubi etiam memorabuntur.

Dicta & facta quorundam ſcitu digna, quæ ex diuerſo, miſcella uelut opera ſunt in unũ congeſta, Cælius 21. 44.

Multorũ epiſtolæ extant, in quibus uaria tractantur, ut Aeneæ Syluij, Leonardi Aretini, Cęlij Calcagnini, &c. ſed epiſtolarum ſcriptores mox ſeorſim enumerabimus.

¶Dictionaria etiam plæraq; Græca & Latina, quæ literarum duntaxat, nullum autem rerum ordinem ſequuntur (aut ne literarum quidẽ, ut Perotti Cornucòpiæ, Budæi cõmentarij linguę Gręcæ) ad hunc titulum pertinent, cum & uocabula multis uarijsq; ſcientijs propria in eis explicentur, & rerum interpretationes, definitiones & diuiſiones præſertim (demonſtrationes ferè nullæ) in quibuſdã contineantur. In Suidæ & Phauorini Lexicis, præter grãmatica, hiſtorias multas, ueras & poëticas, multa theologica, philoſophica, &c. exponuntur. Sic apud Latinos Perottus in Copię cornu, et alij quidã in ſuis dictionarijs quæ Titulo quinto enumerauimus.

*¶Qui ſcripſerint in uarios authores, in eodem opere. Nam qui diuerſos authores diuerſis operibus explicauerũt, nihil ad hunc locũ faciunt.*

Baſſiani Landi Epiphyllides.

In diuerſos authores collectanea L. Io. Scoppæ.

Bernardi Rutilij Decuria.

Franciſci Robortelij obſeruatiões in uarios authores.

Iacobi Capellæ fragmenta ex uarijs authoribus.

Io. Antonij Panthei annotatiões ex triũ dierum confabulationibus.

Io. Baptiſtæ Egnatij Racematiões in authorum locos obſcuriores.

M. Antonij Sabellici Annotatiões priores & poſteriores, in diuerſos authores Latinos, numero decem, ſi bene memini.

Martini Beuchemi annotationes in diuerſos authores. Inuenio & alium titulum, Variarum obſeruationũ collectanea, neſcio an eiuſdem libri.

Philippi Beroaldi Annotationes in claſſicos authores 24.

De obſcuris authorum locis, & corruptis nominibus Ponticus Virunius.

Plærique etiam illorum qui Varia compoſuere, quos proxime nominauimus, multos paſſim authorum locos explicant: quos autem & ubi, præfixis in quoſdã (ut Cælij antiquitates, Pollucem Græcum Baſilieñ. æditionis, &c.) indicibus oſtenditur.

¶ *De Indicibus librorum, pars 2.*

Indices copioſos & accurato alphabeti ordine in prolixiora præſertim uolumina cõſcribi, maxima nuper ſtudioſorũ utilitate, à diuino uerè typis excudendi libros inuẽto, receptum eſt: idque tanto applauſu, ut iidẽ libri quibus index acceſſerit, à plærisque ſtudioſis (illis certe omnibus qui utilitatem potius quàm formam ſpectant) alijs utcunque eleganter ubicunque excuſis non immerito præferantur. Laudo hac in re Germanorũ diligentiam, qua Gallos, Italos, & Hiſpanos longe uincunt. Illi enim plurimos nullis indicibus, perpaucos adiectis quidem illis ſed nimis breuibus, codices emiſerunt. Mihi profecto in uita tam breui & tanta ſtudiorum uarietate uerſantibus neceſſarij uidentur librorũ indices, non minus quàm in triuio Mercurius, ſiue ut reminiſcatur quæ quis legerit, ſiue ut noua primũ inueniat. Negligentia enim quorundã, qui indicib. freti, inuentarijs, regeſtis, & margaritis ſuis (ſic ob inſignem utilitatẽ appellant) integras authorũ tractatiões ordine & methodo non legunt, laudes eorum nõ infringit: cum nuſquã excellentia & uſus rerum, propter imperitorum aut improborum hominũ abuſum imminuatur, aut uituperetur.

¶ Porrò methodus qua quis breuiſſimo tempore & ordine optimo indices conficiat, huiuſmodi eſt. Quæcunque in indicem referre libuerit, omnia ut primum ſe obtulerint, nulla ordinis ratione habita in charta deſcribantur, ab altera tantum facie, ut altera nuda relinquatur. Res ſiue ſententiam quælibet ſeparata, uerſum nouũ incipiat. Quod ſi dictio etiam, cuius principalem literam aut ſignificationem aut argumentum diſponendo ſequeris, ab initio ſententiæ fuerit ubi plura ſunt uerba (in ſingulis enim non opus eſt) bene habet: ſin minus, maiuſcula litera uel quouis ſigno, ut atramento ſubducto alioue, notetur inter deſcribendum ne qua deinde inter diſponendum confuſio oboriatur. Tandem omnia deſcripta forfice diſſecabis, diſſecta quo uolueris ordine diuides, primum in maiores partes, deinde ſubdiuides ſemel aut iterum, uel quotieſcunque opus fuerit. Aliqui diſſectis omnibus, demum diſponunt: alij inter diſſecandum ſtatim primam diuiſionem perficiunt, dum ſingulas ſchedulas in fine ſingularum diſſectionis mucrone forficis apprehenſas digerunt per diuerſa menſæ loca, aut uaſcula per menſam diſpoſita. Vbi plurimæ ſchedulæ fuerint, ſæpius ſubdiuidere ſuaſerim: ſic enim omnia facilius & minori confuſione peragentur, neque toties loco mouendæ erunt ſchedulæ, ut aliæ alijs ordinis gratia concedãt: quàm ſi quis prima ſtatim aut ſecunda diuiſione omnia in iuſtum & poſtremæ diligentiæ ordinem anxie redigere ſatagat. Cum autem primam primæ partis ſubdiuiſionẽ aggredi uolueris, reliquas

ſeorſim

ſeorſim omnes in uaſa aliqua aut inter librorum folia repone: atque ita partem primam ſubdiuidendo in ordinē quem uolueris reducito: ordinatam uel ſtatim deſcribito ſi opus ſit: uel ſi prima deſcriptio ſatis bene habeat, quod potius fuerit, agglutinato tantum, glutine ex farina: cui ſi nullam xylocollam aut fabrile glutinum miſcueris, facilius relines aut remouebis agglutinata, madefacta aqua, ſicubi erratum ſit, aut alioquin in alium uſum de nouo ordine cogites: quam ob cauſam nonnulli in unam chartæ faciem ſolum agglutinare malunt, ut cum libuerit, denuo diſcindant.

Sunt qui non agglutinent, ſed filis libri ad hoc deſtinati inſerant. Librum è charta, quæ craſſiſſima & ſolidior reperitur in forma folij (ut uocant) componunt, & à ſumma parte ad imam filis rectà deſcendentibus tranſuunt quatuor, æquidiſtantibus, in ſumma, media, & infima folij partibus, transfixis. His filis deinde ſchedulas inſerunt. Commodius autem fit, ſi præterea chartulæ binæ ex communi & tenuiori papyro, craſſiori per ſingula folia agglutinentur: quæ chartulæ filis quidem longitudine æquales ſint, latitudine pollicis. Harum una in medio duorum mediorum filorum ſpacio agglutinetur, non tota, ſed tertia tantum ſui parte in medio, ut reliquæ duæ tertiæ utrinq; glutino uacent, & hiantibus eis ſchedularum diſponendarum & filis ſubiectarum extremitates inſerantur, quo firmius hæreant, & ſchedulæ in oppoſitis folij partibus digeſtæ non confundantur. Altera ſimilis chartula ante primum filum ſtatim, ut id propè attingat, agglutinetur dimidia ſui parte, ut hiet & uacua glutino ſit pars quæ filum ſpectat: In altera uero facie folij, eadem chartula poſt ultimum filum agglutinetur: ſiue ut pariter dicam, in utraq; facie uerſus interiorem libri partem, qua ligantur & compinguntur libri. Filum exteriori margini proximum pollicis fortè interuallo à fine marginis diſtet. Huiuſmodi folia chartulis & filis inſtructa circiter 100. (alioqui nimiū craſſeſceret aut hiaret liber) in unum còdicem apte compingentur. Hac ratione Georgius Ioachimus Rheticus, mathematicus huius ætatis præſtantiſſimus, aſtronomiæ de iudicijs Pandectas congeſſit.

Hoc certe teſtari poſſum, noſſe me doctos aliquot homines, qui hanc diuidendi commoditatem omnibus ferè ſtudijs ſuis adhibeant, & ſiue ſcribendum eis aliquid, ſiue docendum publice fuerit, materiam ſermonis congeſtam & rudem hoc modo diſponant: ſiue materiam recens accumulauerint, ſiue olim conquiſitam diſtinctis per locos ſchedulis non agglutinatis in uſum referuent, ut cum opus fuerit ad quodcunq; argumentum tractandum depromant, & ex multis, quæ in præſentia potiſſimum ad inſtitutum facere uidentur, eligant, aciculis configant, ſuoq; modo ad quam uoluerint partium orationis œconomiam diſponant, & quæ uidētur deſcribant, aut pro arbitrio utantur, & in ſuum rurſus locum recondant. Materia autē colligitur partim deſcribendo, quę quis paulatim inter legendum obſeruauerit; partim diſſectis authorū communibus locis alijsúe libris, ad quod efficiendum duobus exemplaribus opus eſt, quorum unius prima facies, alterius ſecunda deleatur atramento uel rubrica, ut ex duobus rurſus unum ueluti exemplar fiat. Hac methodo ad multa profecto laboris compendia, & uarias ſtudiorum cōmoditates uti licebit. Verum hæc ſatis, præter inſtitutum. Compulit me certe ad hanc digreſſionem inſignis rei utilitas, & quam niſi expertus nemò facile quanti facienda ſit æſtimauerit. Non ſolū enim tempori hoc modo parcitur, & labori tædioq; ſcribendi (adde quod per alios quoque duos pluréſue ſimul in omnibus, id eſt, deſcribendo, digerendo & agglutinādo iuuari quis poterit) ſed ad ordinem rerum & uerborū, ut quàm exquiſitiſſime fiat, neceſſarius propemodum hic modus eſt. Verū ipſe uſus artis magiſter & his quæ diximus recte uti, & noua inſuper inuenire docebit. Nunc reuertamur unde digreſſi ſumus.

¶Indices copioſi, et memoratu digni (minores enim, qui innumeri propemodum ſunt, & minus utiles, prætereo) alĳ ad certa ſtudiorum genera pertinent, ut quē nuper optimus & doctiſſimus philoſophus felicis memoriæ Hieronymus Gemuſæus in omnia Galeni Latina opera diligentiſſime confecit, quę ex Frobeniana officina Baſileæ prodiuerunt. Habent & iuriſconſulti multas & maximas margaritas ſuas: & Concordantias aliosq; indices theologi, quos ſuo loco nō tacebimus: in præſentia paucos tantum, qui occurrent, nominabimus. Nullus enim ferè liber eſt, qui nō uaria quædam contineat, ſiue argumento ita ferente, cum magna in multis ſcientĳs & ſtudĳs affinitas ſit: ſiue per imperitiam ſcriptorum. Nam Ariſtoteles & alĳ doctiores ex antiquis philoſophis, nihil ferè alienum ei quam ex profeſſo tradunt ſcientiæ admiſcent, ſed quàm maxime intra eius limites ſe continent: poſteriores uero multi & imperitiores temere ab uno genere in aliud transeunt, unde magna confuſio, iactura temporis, & diſcendi difficultas oboritur, & methodi fructus omnis amittitur. Alĳ uero indices, qui hic maxime numerandi erant, ad Grammaticos, philologos, & uariarum rerū ſcriptores pertinent. Rurſus, alĳ in libros integros ſunt, ita ut ne uerbum quidem ullum relinquatur, uerborum magis quàm rerum ratione habita: qualis eſt Nicolai Erythræi in Vergilium index: cui ſimiles in optimos quoſq; Græcos & Latinos authores facere inſtituerat, ſi uixiſſet: tum ſtyli, tum rerum cognitionis gratia.

Nizolĳ in Ciceronem.

Baſilĳ Zanchi uerborum Latinorū epitome: & appendix in Nizolium.

Concordantiæ Biblicæ, &c.

Alĳ rerum indices ſunt, uel omnium uel inſigniorum: quibus & uerba, minime omnia, ſed inſigniora tantum indicantur. Et huiuſmodi ut plurimum in plæroſq; authores, qui publicantur, fieri ſolent.

Sunt qui rerum uerborumq; omniū in uno ſimul indice mētionem faciant: alĳ certis ordinibus diſtinguunt, qualem in Gellium quidam ſcripſit, ubi ſeorſim grammatica, ſeorſim philoſophica & alia indicantur. Sic etiam Græca à Latinis nonnulli diſtinguunt, ut in Athenæum, Pollucem, commentarios Budæi, uno indice Latina uocabula, altero Græca comprehenduntur. Qui in Cælĳ Antiquitates eſt, locupletiſſimus certe & utiliſſimus, Græca Latinis coniungit.

Ad hæc aliqui ad foliorum aut paginarum numerum indices conſcribunt: & eorum aliqui ſimpliciter, alĳ uerſuū numerum addunt: alĳ foliorum ſpatia per literas diſtinguunt. Ego illos maxime probo, qui pro librorum & capitum numero fiunt: ut qui omnibus in quacunq; forma æditionibus conueniant, qualem Camers in Plinĳ naturalem hiſtoriam olim concinnauit: ſingulis quæ prolixiora erant capitibus, in partes aliquot diſtinctis. Quamuis autē multi libri in capita nondū diſtincti ſint: eadē opera tamen qua index fit, hæc etiam capitum diſtinctio perfici poterit. Nos nuper Ariſtotelis opera Gręca omnia, quę propediem longe caſtigatiora ex Iſingrinĳ laudatiſſimi typographi officina proditura expectamus, partim nouis capitibus & argumentis illuſtrauimus: partim ueterem in Latinis libris ſeruatam diſtinctionem retinuimus, ut totus iam Ariſtoteles in capita diſtinctus ſit. Idem in Cl. Galeni operibus experiri cœpimus. Non deſunt qui librorum indices ex ſolis capitibus, textu (ut uocant) non perlecto, cōſcribant. Aliqui argumenta ſingulorum capitum, initio operis præponunt indicis loco, quos equidem parum probo. Hæc de Indicum uſu & differentĳs dixerim.

¶ Conradus Pellicanus, præceptor noſter, uir diligētiſſimus, & de bonis literis, ſacris præſertim, optime meritus, indices Baſileę collegit in Tertullianum, Hilarium, Eccleſiaſticam ac Tripartitam hiſtoriam, omnia opera Hieronymi, & triplicem in naturalē hiſtoriam Plinĳ. Et apud nos in Vetus ac Nouum Teſtamentum, argumenti magis quàm uerborum ratione habita: & in alios quoſdam libros.

Flo-

Florentius Burgoinus Pariſieñ. Franciſcanus, indicem omnium inſigniter à D. Auguſtino dictorũ auxit. Frobenianæ æditioni operum D. Auguſtini, ut plæriſq; alijs ex illa officina libris, index copioſiſſimus annectit: qualis nunc in mentem uenit, qui in Antonij Muſæ Braſauoli commentarios in Aphoriſmos Hippocratis ex eadem prodiuit: item in Ioan. Ruellij ſtirpium hiſtoriam.

In Platonis opa Græca optimus & ampliſſimus index, cum æditione Baſilienſi, diligentiſſimi felicis memoriæ typographi Vualderi: cui Hieronymus priuignus ſucceſſit.

In eiuſdem opera Latina index, minus tamẽ copioſus, ex Frobenij officina.

In Ariſtotelis opera Latina Baſileæ ædita, index, ſuccinctus quidẽ nimis in reliqua opera: copioſiſſimus autem ſeorſim in libros de partibus, generatione & hiſtoria animalium: & alius ſeorſim in problemata.

Tabula dilucidationum in dicta Ariſtotelis & Auerroys, ubi uerba & ſententiæ utriuſq; per omnes philoſophiæ partes ordine alphabeti breuiter proponunt, M. Antonij Zimarę.

In Varini Phauorini Camertis Lexicõ Græcũ Baſileæ excuſum, Indicẽ quoq; Gręcum optimum et locupletiſſimũ, ſeorſim poſtea æditum, coniungendum autẽ ſi qui ſtudioſi ſibi emerint, Hieron. Guntius noſter elaborauit.

In Pollucem Græcum Baſilieñ. æditionis index Græcus ampliſſ. & alius Latinus.

In Dioſcoridem Græcum Colonienſis æditionis, cum Marcelli Vergilij interpretatione, & corollario Herm. Barbari, indices aliquot egregij.

In caſtigationes Plinianas per Hermolaum Barbarum Baſilieñ. æditionis, index uberrimus.

Indices in Alexandrum ab Alexandro, Miſcellanea Politiani, Crinitũ, & cæteros plæroſq; qui uaria ſcripſerunt.

In Plutarchi opera moralia Latine excuſa Baſileæ.

In eiuſdẽ uitas Latine apud Iſingriniũ ibidem excuſas.

In opera Alciati apud eundem.

Index geographicorum nominũ apud Ptolemæum, Strabonem, Pauſaniã, &c. per Io. Vuolphium noſtrũ, nondum excuſus.

Index in Magiſtrum ſententiarum copioſus, qui etiam quadrabit in diuerſos ſcriptores & monachos qui Summas aut commentarios in eundem emiſerunt.

Hæc in præſentia ſufficiant, commodius enim alia alibi.

¶ Typographi & bibliopolæ plæriq;, præſertim quibus inſtructior librorum ſupellex eſt, tabulas et indices librorum à ſe impreſſorum aut uenalium habent, quorum nonnulli etiam libellis excuſi ſunt: ut,

Aldi Manutij in fol. chartis 3.

Froſchoueri noſtri in 8. quem nos confecimus, chartis 2.

Cratãdri Baſilieñ. typographi defuncti.

Et Pariſijs Roberti Stephani, Colinæi, Vuecheli, trium præſtantiſſimorum typographorum.

In tabulis autem impreſſi ſunt Baſilienſium aliquot typographorũ indices, ut Frobenij, Iſingrinij, Henrici Petri, Heruagij, Oporini, et Roberti Vuinter: item Gymnici Colonienſis.

His & alijs manuſcriptis Græcis, Latinis & Hebraicis typographorum & bibliopolarum (quorum multi etiam impreſſos indices habent, uenalium apud ſe librorum, ubicunq; excuſorum) ad augendam primam Bibliothecæ noſtrę partem uſus ſum.

¶ Indices in Bibliothecas aliquot inſigniores, quos itidem augendo primo huius operis Tomo adhibui.

Vaticanæ ſiue Pontificię, Romę: index Græcus copioſiſſimus. Latinum non habui.

In bibliothecam Medicum Florentiæ, Græcus.

In biblioth. S. Saluatoris Bononiæ, Gręcus & Latinus.

In bibliothecas Beſſarionis, & SS. Ioan. & Pauli, et S. Antonij Venetijs, Græci & Latini indices.

Bibliothecę Auguſtæ Vindelicorũ Gręcæ, index.

D. Eraſmi Rot. felicis memoriæ, & Conradi Peutingeri Auguſtæ, et aliorum alibi in priuatas bibliothecas indices fœcundiſſimos habui.

Sed de claris Bibliothecis paulò poſt iterum dicetur, in hoc etiam Titulo de Varijs.

Nunc rationem parandorum indicū in publicas uel priuatas etiam magnas bibliothecas oſtendam, exemplum ſecutus D. Conradi Pellicani præceptoris noſtri, qui in publica Tigurina Bibliotheca ordinanda eandem rationem obſeruauit.

Qui primum in bibliotheca reperiuntur libri, ordine aliquo ſecundum magnitudinem per nidos, tabulas, aut pulpita diſponantur, & numerus ſingulis inſcribatur atramēto. Et quia res exemplo clareſcet, paucis libris propoſitis clarius omnia explicemus: eadem enim ratio in paucis & multis fuerit. Reperiantur igitur in bibliotheca libri, alij maioris formæ, quibus M literam hic adſcribemus docendi cauſa (fingamus enim eiuſmodi eſſe, & magnitudine & nominibus) alij minoris, qui litera P notenť. Iſtis pro magnitudine diſpoſitis, numeri primi ordinis adſcribētur, hoc modo:

| | | |
|---|---|---|
| Catullus, | M. | I. |
| Tibullus, | M. | II. |
| Beda, | M. | III. |
| Aulus, | M. | IIII. |
| Iulius, | M. | V. |
| Pollux, | M. | VI. |
| Cato, | P. | VII. |
| Galenus, | P. | VIII. |
| Hippocrates, | P. | IX. |
| Dinoyſius, | P. | X. |
| Muſa, | P. | XI. |

Hic primus ordo librorū erit, in quos alphabeticus index fiet, & ſui cuiq; numeri adſcribentur. Quod ſi alij libri nō accederent, nec augeretur bibliotheca, his numeris cōtenti eſſemus: prodeſſet tamen præter alphabetici ordinis indicem, alium quoq; confici, eo ordine numerorum quo libri ſe inuicem ſequuntur. Quanquam enim illi numeri libris ipſis inſcribantur, amittuntur tamen aliquando libri, & inanibus repertis ſpacijs neſcitur quid deſidereť. Verbi gratia, uacuum deprehēdatur ſpacium ſeptimum, quod ſi in altero indice quæras, ſtatim inuenies deeſſe Catonem: q̄d idem in primo uix ante totū forte perlectum deprehenderes. Nunc quoniā nouis libris augentur bibliothecæ, numerus unus non ſatisfaciet nobis, ſed aliū primi ordinis numerū, alium ſecundi, tum ſingulis libris inſcribi oportebit, tū in ſecundum etiam indicē referri. Tertium præterea ex nudis fieri numeris indicem, quorum prior ſecundi ordinis ſit, hoc eſt illius quo libri iam in bibliotheca conſtituti ſunt: alter primi, hoc eſt illius, quo primum quiſq; liber poſtremo additur, non relinquitur autē ei adiunctus ſi magnitudine ab eo differat. Exemplum, addatur ſuperioribus Auicenna liber magnus, ad Muſam quē poſtremum et paruū eſſe finximus numero XI. inſcriptum: Auicenna ergo numero XII. (quem primi ordinis aut primæ poſitionis appello) inſcribatur: non placet autem eum hic relinquere, ſed potius addere ad ultimum eiuſdem magnitudinis, ut magis decora ſit diſpoſitio: ſic erit proximus poſt Pollucē. Sed iam turbaueris primi ordinis numerum, cum Auicenna duodecimus primi ordinis liber, Polluci qui ſextus erat, ſubiungatur. Fingamus autem non ſolum Auicennam, ſed poſt eum Serapionem quoq; & Raſim poni, omnes magnos, deinde paruos ſequi. Hanc ordinis primi confuſionem uitabis, ſi ſecundi etiā ordinis numeros tum libris inſcribas: tum in Indicem ſecundum, & erit huiuſmodi conſtitutio librorum.

¶ *Libri ipſi.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Catullus, | M. | I. | 1 |
| Tibullus, | M. | II. | 2 |
| Beda, | M. | III. | 3 |
| Aulus, | M. | IIII. | 4 |
| Iulius, | M. | V. | 5 |
| Pollux, | M. | VI. | 6 |
| Auicenna, | M. | XII. | 7 |
| Serapio, | M. | XIII. | 8 |
| Raſis, | M. | XIIII. | 9 |
| Cato, | P. | VII. | 10 |
| Galenus, | P. | VIII. | 11 |
| Hippocrates, | P. | IX. | 12 |
| Dionyſius, | P. | X. | 13 |

Muſa,

| | | |
|---|---|---|
| Muſa, | P. XI. | 14 |

¶ *Index ſecundus.*

Index autem ſecundus ſiue primi & ſecundi ordinis (ut hic ſequatur ille præcedat, in tertio enim contra fit) talis erit.

| | | |
|---|---|---|
| I. | Catullus, | 1 |
| II. | Tibullus, | 2 |
| III. | Beda, | 3 |
| IIII. | Aulus, | 4 |
| V. | Iulius, | 5 |
| VI. | Pollux, | 6 |
| VII. | Cato, | 10 |
| VIII. | Galenus, | 11 |
| IX. | Hippocrates, | 12 |
| X. | Dionyſius, | 13 |
| XI. | Muſa, | 14 |
| XII. | Auicenna, | 7 |
| XIII. | Serapio, | 8 |
| XIIII. | Raſis, | 9 |

Ex hoc ipſo etiam apparebit, quot libri ſint in Bibliotheca: & quo tempore & à quibus illuc peruenerint.

Iam ut ſtatim inuenias quem quæris librum, alphabeticus index fiat cum numeris primi ordinis, hoc modo.

¶ *Index primus.*

| | |
|---|---|
| Auicenna, | XII. |
| Aulus, | IIII. |
| Beda, | III. |
| Catullus, | I. |
| Cato, | VII. |
| Dionyſius, | X. |
| Galenus | VIII. |
| Hippocrates, | IX. |
| Iulius, | V. |
| Muſa, | XI. |
| Pollux, | VI. |
| Raſis, | XIIII. |
| Serapio, | XIII. |
| Tibullus, | II. |

Si petis Hippocratem, numerum primi ordinis habet IX. in alphabetico indice: hunc igitur numerum in ſecundo indice quęrito, & inuenies alterũ numerum 12. qui tibi ſecundũ ordinẽ. i. ipſum libri in bibliotheca locũ demonſtrabit. Sed finge amiſſum Hippocratem, neq; ſciri qui liber in ſpacium uacuum, ubi duodecimus liber erat, deſyderetur. Quæres igitur duodenarium in tertio indice, & cum adſcripto ei numero primi ordinis ingredieris in ſecundum indicem, & nomen authoris abſentis reperies. Erit autem huiuſmodi index tertius, ſecundi & primi ordinis numeris confectus, ut hi ſequanť, illi præcedant, contra quàm in ſecundo indice.

¶ *Index tertius.*

| | |
|---|---|
| 1 | I. |
| 2 | II. |
| 3 | III. |
| 4 | IIII. |
| 5 | V. |
| 6 | VI. |
| 7 | XII. |
| 8 | XIII. |
| 9 | XIIII. |
| 10 | VII. |
| 11. | VIII. |
| 12 | IX. |
| 13 | X. |
| 14 | XI. |

Hic duodenario adſcriptũ uides nouenarium, illum quære in ſecundo indice, & Hippocratis nomen inuenies. Ex hoc tertio indice ſimiliter uidere eſt quot libri in Bibliotheca ſint; & num. integra ſit luſtrare. Conficietur autem deſcribẽdo numeros ex ipſis libris iam recte digeſtis. Licebit quidẽ figuris numerorum ſimilibus uti ad utrũq; ordinem, modo colore differant; uerbi gratia, primus atramento, ſecundus rubrica pingatur.

Conſultum autem fuerit, cum noui libri acceſſerint, non ſtatim ordinem & numeros ſecũdi ordinis mutare (primi enim ordinis numeri ſemper ĳdem manebunt) donec pluſculi ſimul una & eadem mutandi numeros cõmoditate diſponendi habeantur. Sed hæc omnia uſu & ipſa tractatiõe melius intelligentur, quàm uerbis explicari queant. Noſtræ ſanè Bibliothecæ Tomus primus ꝑ indice alphabetico recte uſurpabitur, facile enim marginibus ſi qui noui non commemorati in ea libri acceſſerint, adſcribentur: numeros autẽ ſiue quis primi ordinis tantum, ſiue utrorunq;, ſiue potius ſecundi tantum adnotauerit, bene faciet. Vtcũq; enim fiat in primo indice, ſemper ſuus etiam ſecundo & tertio, iſq; neceſſarius uſus manebit.

Hactenus de indicibus, ad Bibliothe

cam conſeruandam, & ordine, & cum decoro inſtruendam & libros inuenien dos neceſſarijs.

Alium quoq; indicem ſuperioribus addidit D.Pellicanus noſter, ſed ad aliū uſum, eadem ratione qua nos ſecundū hunc operis Bibliothecæ noſtræ Tomū inſtituimus, ſecundum argumenta dige ſtis illorum duntaxat authorum libris, qui in Bibliotheca ſeruantur, per artes & ſcientias, ſiue partes philoſophiæ & locos communes.

Nunc tandem quod reliquum eſt hu ius Tituli de Varijs, exequamur.

¶ *Problemata, Quæſtiones, & Diſputationes, pars 3.*

Problematum genera, Cælius 16. 11.

Ariſtotelis uariorum problematum ſectiones 38. quarum argumēta in primo Tomo in Ariſtotelis mētione dedimus. Interpretationem Latinā habemus Theodori Gazæ: commentarios addidit Petrus de Apono.

Problematum Plutarchi interpretē habemus Petrum Lucenſem.

Multi illorum qui uaria ſcripſerunt, prima huius Tituli parte enumerati au thores, multa paſſim problemata propo nūt, ut Macrobius, Gellius, Cælius, &c.

Problematum libri 5. Antonij Ludouici Medici Olyſſiponenſis, opus abſo lutum, iucundum & uarium.

Georgij Vallæ problematū liber unus.

Maximi Planudis problemata.

Raphaëlis Regij problemata ducenta.

Ad medicinam magna ex parte pertinēt, Caſſij Iatroſophiſtæ problemata, quæ Iunius Hornanus tranſtulit, cu ius interpretatio publicata eſt, noſtra nondū. Et Alexandri Aphrodienſis problematū libri 2. utroſq; Theodorus Gaza uertit, Ang. Politianus priorem tantum. Item Aloiſij Triſſini problemata medica ex Galeno.

M. Antonij Zimaræ problemata uaria 104.

Eiuſdem theoremata, ſeu memorabiliū propoſitionum limitationes 129.

Plutarchi Platonicæ quæſtiones. Res & ritus Græcorū. Res & ritus Romanorum. Sympoſiaca. Cauſæ na turales.

Problematum mechanicorum Ariſtote lis liber, quem Latinum fecit Cælius Calcagninus puto.

Conuiualium quæſtionum Ioan. Gaſtij libri 2.

Ad conuiuales quæſtiones pertinent etiam Plutarchi Sympoſiaca libris 9. Dipnoſophiſtæ Athenæi, et Saturna lia Macrobij. Fortaſſis & AEnigmata huc pertinerent, quibus locum in Ethicis, cum urbanitate & facetijs coniunctum aſſignauimus.

Epiſtolicarum quæſtionum libri 5. Cælij Calcagnini.

Fortianæ queſtiōes Hortenſij Tranquilli, quas ſic appellauit à uilla Fortio.

De peregrinis quæſtionibus Bartolemæus Sibylla.

Quæſtiones uariȩ Iaco. Vuimpfelingij.

Alexādri Aphrodiſienſis quæſtionum naturalium, de anima, & moralium libri 4. Græci. Tranſlati ſunt à Ioan. Baptiſta Bagolino filio, & Hieronymo Bagolino patre, una traslatione.

Porphyrij queſtiones Homericas, & de antro Nympharum in Odyſſea nos Latinitate donauimus. Publicata au tem eſt illa ſolum, qua antrum explicatur.

Quæſtionum, orationum, propoſitionū libri 20. Ioannis Trittemij.

Diſputationes Maphei Vegij.

Diſputationes Camaldulenſes Chriſtophori Landini.

¶ Compendium quæſtionum Heymerici de Campo.

Quodlibeta Hugonis de Argentina.

Quæſtiones Quolibetariæ, Gerardi de Zutphania.

Curſus optimarum queſtionum, neſcio cuius authoris, liber impreſſus, ut ui di in catalogo Bibliopolæ cuiuſdam Venetijs. Sed huius farinæ Quæſtiones, in Theologicis forte plures nominabuntur.

¶ *De locis communibus, pars 4.*

Loci quidem communes abſolute di cuntur, qui nulli ſcientiæ aut parti philoſophiæ aſtringuntur, ſed ex omnibus aliquid habēt, & quæ pręcipua ad communem uitæ dicēdiq; uſum pertinent, ita ut rhetorico aliquo genere tractari poſſint,

poſſint, undecunq; delibant: Mathematica uero & ſubtiliora in philoſophia prætereunt. Huiuſmodi locos plærique ſtudioſi in Cõmentarios ſeu chartaceos libros, certis titulis & generibus rerum diſtinctos, uaria lectione colligunt: ſiue alphabeti ordinẽ ſecuti, ut Dominicus Nanus in Polyanthea: ſiue genera rerũ & philoſophiæ diuiſionẽ, ſiue aliam rationem quampiam. Cæterum qui ad unam duntaxat philoſophiæ partem ſpectant, non ſimpliciter cõmunes loci dicentur, ſed cum adiectione medici uel theologici, &c. Et iſtos alibi memorabimus, quanquam & hic nõnullos, ſi qui occurrent: cum ex omni communium locorum genere diſcendi dicendiq; materia philologo, oratori, & dialectico ſuppeditetur, ut non ſolũ nomen diuerſis communibus locis commune ſit, ſed etiam ſubiectum in quàm plurimis, licet alia atq; alia conſideratione. Verbi gratia, de ira & phyſicus aliquid dicet in contemplatione de anima, & medicus in loco de affectibus qui corpus & ualetudinẽ alterant, & moralis philoſophus alibi, & Theologus: ex hiſtoricis exempla & euentus circa iram inuenientur. Quid uetat igitur, quin de ira dicturus oratorio more, uel diſſuadendi gratia, uel de recto eius uſu, ex diuerſis genere Locis, modo ne prorſus confundantur, rationes & argumenta ſumat?

Rurſus illorum qui cõmunes Locos ſcripſerunt, alij ſuis uerbis quid quaq; de re ſentirent explicauerũt, paucis interim, aut nullis fortè aliorum ſententijs citatis. Alij, quorũ maior eſt numerus, nihil quàm alienas ſententias congeſſerunt. Quas rurſus alij utcunq; occurrebant, in commentarios ſine ordine retulerunt, ut Stobæus noſter. Alij ordinis aliquam rationem habuerunt, & locos ſingulos in certa genera & ſpecies ſubdiuiſerunt, quod ut colligenti factu difficilius eſt, ſic lõge maior ad cæteros ſtudioſos inde fructus redundat. Sunt qui affinitatis & pugnantiæ rationem in digerendo habuerunt, ut Stobæus ferè. Quidam ex Græcis tantum, alij Latinis, alij ex utriſq; accumularunt. Alij poëtis ſolum, alij ſolutæ orationis libris, alij utriſq; utuntur. Rurſus eorũ qui ex poëtis, quidã ex iuſtis operibus ſententias decerpſerunt. Quidam epigrãmata tantum integra in Locos redegerunt, uel diuerſorum authorum, ut Maximus Planudes in Anthologio, uel unius ut nos in Martiale. Iam plæriq; ſententias authorum integras exſcribũt, easq; nimis prolixe aliquãdo, ut Stobæus fecit: ego illos prætulerim, qui prolixius ab authoribus dicta, in breuem orationis formam redigunt, aut initio ſaltem uerborum authoris poſito, ad reliqua apud ipſum authorem legenda Lectorem remittunt: aut certe numeris ſolis quæ res quib. libris uel capitibus folijsúe apud ſingulos explicentur, oſtendũt. Huius communium locorum ordinis fuerint Indices quoq; diligentius conſcripti, & Concordantiæ, ut uocant. Certe plures authorum indices, ſi quis in unum ordinem iungeret, nõ inutiles ſibi huiuſmodi locos pararet, præſertim in illos libros quos ipſe legerit.

¶ *Pars 5. De Ratione colligendi Locos communes.*

Locos & exempla colligendi rationem Deſ. Eraſmus li. 2. de copia ſtudioſis oſtendit: & plęriq;, quorum de ratione ſtudiorum libelli extant, idem fecerunt. Nos etiam paulò ante in mentione Indicum, ſimilem Locis communib. comparandis rationẽ adhiberi poſſe docuimus. Poterit autem aliquis occaſionem ſumere, etiam ex hoc ipſo opere noſtro, cuius ſinguli per ſingulos libros Tituli, ceu Loci quidam ſunt: uel decẽ ſummorum generum apud Dialecticũ aut primum philoſophum diuiſiões ſequi: uel Stobæum, aut alium quempiam imitari, aut pluribus qui locos communes ſcripſere collatis, quæ placuerint ex omnibus deligere. Nam ut quiſq; pro ſuo captu commodiorem ſibi ordinem inſtituere poſſit, materiam ſaltem aliorũ Locis inſpectis augebit, ut plures habeat ſtatim ab initio, Locorum differentias. Quanquam autem philoſophię & ſcientiarum diuiſionem in Locis conſtituendis ſequẽti (ut nos hoc in opere fecimus) eadem de re ſæpius dicendum ſit, licet

non una conſideratione: cuius exemplum proxime ab ira dedimus: magis tamen artificioſus, & merito cunctis alijs præponendus hic modus uidetur. Quoties enim & quibus in locis res eadem diuerſimode cōſiderata tractetur, alphabeticus index in hoc deſtinatus monſtrabit: quem ceu tertiam Bibliothecæ partem, etſi molis exiguæ ad cæteras, ſubnectere propoſuimus. Quē ſi, ut nolumus, fieri nihil impediat, bene erit: ſin minus, titulos ſaltem eorumq́ partes, literarū ordine digeremus, fauente Deo. Doctiores quidē indice illo nihil aut minus indigerent: ſed fauendum eſt etiam tyronibus & imperitis.

¶ Porrò placuit hic proponere ſtudioſis ordinem quendā Locorū, quem doctus quidam apud nos ad loca & exempla congerenda ſibi conſtituit, nullo quidem ſecundum philoſophiā, ſed ingenioſo alioquin ordine: quem uel imitentur, qui uoluerint, ſtudioſi iuuenes: uel materiam duntaxat locorum, quæ hic uberrima eſt, inde mutuētur. Inuenta enim emendabit, augebit, aut minuet aliquis facilius q̃ ipſe inueniat. Alia alijs arridēt: & partitiones hæ noſtræ ſic ordinatæ & interpunctæ ſunt, ut ea ferè quæ quiſq; probauerit, plegere, cætera præterire poſſit. Catalogus igit̃, quem dico, nō pro exemplari perfecto, ſed ſpecimine tantū & occaſione propoſitus, qualis ad manum erat, huiuſmodi eſt.

¶ *Loci communes de rebus in uniuerſum omnibus, in 12. relati locos generales, qui ſunt.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Scriptura. | 7 | Chriſtus. |
| 2 | Lex. | 8 | Eccleſia. |
| 3 | Deus. | 9 | Sacramenta. |
| 4 | Cultus Dei. | 10 | Magiſtratus. |
| 5 | Creatura. | 11 | Artes. |
| 6 | Homo. | 12 | Virtutes et uitia. |

¶ 1. *De ſcriptura loci.*

Scriptura non ab hominibus neq; per homines, ſed ſpiritu ſancto inſpirata.
Nomina ſcripturæ.
Authoritas & indubitata fides ſcripturæ.
De authorib. ſiue ſcriptoribus utriuſq; Teſtamenti.
Canon ſcripturæ.
Solis canonicis ſcripturis credendum
Scriptura omnia habet quæ pietatis & perfectionis ſunt.
Nihil his addendum aut adimendum.
Quid agendum cum negantibus Scripturas, & de ultione in hos Dei.
Apocrypha.
Quid ualeant in diuinis humana.
Quo loco habenda ſint ſcripta gentiliū.
Quomodo exponenda Scriptura, & de ſenſu genuino.
Simplices & apertæ locutiones.
Figuratæ & obſcuræ locutiones.
De commentatoribus & cōmentarijs.
De interpretibus & linguis.
Quibus inſtructum eſſe oportet uerum theologum.
De conciliorum authoritate.
De conſuetudine, moribus, & inſtitutis, quid ualeant.
De longi temporis præſcriptione.
Quid ualeat conſenſus multorū & exemplum.
De diſputationibus.
Collatio amica ſcripturarum.
De humanis traditionibus.
De hæreſibus & hæreticis.

¶ 2. *De lege loci.*

Lex Dei.
Lex Moſis & ſcripta.
Lex naturæ & inſculpta.
Ius gentium.
Senſus communis.
Decretum & conſtitutio.
Lex Cæſarea.
Legum diuerſitas.
Legum neceſſitas & utilitas.
Leges ſeuerius obſeruatæ.
Leges neglectæ.
Nomophylaces.
Decalogus, & quæ circa hunc.
Lex moralis.
Lex quatenus abrogata ſit.
Quid ſit litera, umbra, figura, typus, uelum.
Quid ſit ſpecies, corpus, ipſa res.
Libertas uera & Chriſtiana.
Libertas noxia & carnalis.
Finis & uis legis.
Lex ceremoniarum.

Quis

Quis ceremoniarum uſus ſit, & cur inſtitutæ.
Tabernaculũ, conſtitutio, & ratio eius.
Templum. Arca. Candelabrum.
Aræ in tabernaculo.
Excelſa & aræ non in tabernaculo.
In uno loco immolandum.
Vaſa tabernaculi. Oblationes.
Feſta. Muſica ſacra.
Sacerdotium Aaronicum.
Sacrificiorum genera.
Sacerdotis ſummi ueſtis & officium.
Sacerdotum & Leuitarum inſtitutio & officium.
Purificatio. Delectus ciborum.

¶ 3. *De Deo loci.*

Numen. Nomina Dei.
Deus eſt. Nullus Deus eſt.
Deus æternus, incomprehenſibilis, infinitus.
Dei natura ac eſſentia.
Deus unus. Deus trinus.
De homouſio.
De perſonis ſiue hypoſtaſibus.
Deo patri quid proprium, & quid ei tribuatur.
Filio quid proprium, quid ei tribuatur.
Spiritui ſancto quid proprium, & quid ei tribuatur.
Spiritus ſanctus procedit ab utroq;.
Spiritus ſancti dona ac uires.
Deus creator omnium.
Deus omnipotens.
Deus ſummum bonum.
Deus uerax, & ueritas conſtans, & qui mentiri neſcit.
Deus clemens & longanimis.
Deus iuſtus, ultor, puniens ſcelera.
Dei prouidentia. Præſcientia.
Electio. Voluntas.
Fatum & neceſſitas.
Contingentia, Fortuna & Caſus.
Deus operatur omnia.
Deus ordine & iuſto iudicio agit oĩa.
Quatenus ſcrutanda opera Domini.
De rebus diuinis loquendũ ſobrie, cum timore & pietate.
Contra quęſtiones temerarias & curioſas.
Deorum cultura.
Deorum multitudo.
Dij factitij & falſi.
Ludi & ſacra in honorẽ celebrat deorum.

¶ 4. *De cultu Dei loci.*

Religio in genere: & religio obſeruata.
Ceremoniæ. Quis uerus dei cultus.
Sacrificia Deo placentia.
Neglectus religionis & impietas.
Impij & athei.
Peruerſum de Deo iudicium.
Sacra profana.
Diuinatio. Auguria. Auſpitia.
Sortilegia. Somnia. Aſtrologia.
Oracula. Reſponſa. Apparitiones.
Miracula & prodigia. Idololatria.
Idola nullus facit Chriſtianus.
Adorare. Seruire. Colere.
Inuocatio nominis Dei.
Deus adeſt ſuis & auxiliatur.
Inuocatio diuorum. Templa.
Templa in honorem deorum erecta.
Imagines. Reliquiæ.
Miracula diuorum.
Aræ & ſacra diuorum.
Sacerdotes phanorum.
Hymni deorum.
Cerei, & lampades.
Vota & anathemata.
Peregrinationes.
Supplicationes & litaniæ.
Decimæ. Feſta diuorum.
Sabbatum Chriſtianorum, & operum Dei conſideratio.

¶ 5. *De creatura.*

¶ Creatura. Spiritus inuiſibilis.
Angeli boni.
Angelorum officia & nomina.
Angeli mali. Cacodæmonis uis.
Satan deus huius ſeculi.
Diaboli regnum.
¶ Mundus.
Mundi conſtitutio, & quod non fuerit ab æterno.
Rerum omnium principium, ſeu materia prima. Natura.
Cœlum. Aſtrorum conſideratio.
Ignis. Impreſſiones igneæ.
Aër. Venti. Impreſſiones aëriæ.
Aqua. Liquores. Mare. Lacus.
Paludes. Flumina. Fontes.
Thermæ. Terra. Terræmotus.
Metalla. Lapides & gemmæ.

Plantæ. Arbores. Frutices.
Herbæ. Radices. Olera.
Flores. Aromata.
¶ Animalia.
Terreſtria. Reptilia. Aquatilia.
Natatilia. Marina. In aqua dulci.
Amphibia. Volucria. Inſecta.
¶ Tempus. Lux. Tenebræ.
Dies. Nox. Hora.
Horologia. Annus. Menſes.
Ver. Aeſtas. Autumnus.
Hyems. Tẽporis iactura & nobilitas.

¶ 6. *De homine loci, primum quod ad animam: deinde quod ad corpus.*

Homo. Dignitas hominis.
Anima. Homo Dei imago.
¶ Animæ uires & potentiæ, Animales, Vitales, Naturales.
Senſus interiores. Phantaſia. Senſus cõmunis. Ratiocinatio. Intellectus.
Memoria & reminiſcentia.
Memoria inſignis.
Obliuio inſignis.
Senſus exteriores. Viſus, & colores.
Auditus, & ſoni. Olfactus, & odores.
Guſtus, & ſapores.
Tactus, & tactiles qualitates.
Somnus. Vigilia.
Affectus hominum.
Voluptas. Gaudium. Spes.
Ira. Metus. Dolor.
Hominis uires.
Vetus & nouus homo.
Liberum arbitrium.
Natura hominis. Peccatum.
Peccati & mali origo.
Peccati uis & effectus.
Peccati pœna & finis. Conſcientia.
Peccatum originale.
Caro & concupiſcentia.
Suggeſtio & Tentatio.
Peccatum Voluntarium, Coactum.
Cæcitas & Induratio.
Peccatum mortale.
In ſpiritum ſanctum.
Vitium & error. Errare ex malitia.
Peccatum alienum, Clamans, Mutum.
Genius hominis & indoles.
Ingenij humani uis.
Ingenij tarditas, Præcocitas.
Inſigne ingenium in deformi corpore.
Hominum ritus uarij.
¶ Corpus. Corporis partes, Internæ, Externæ.
Concoctio & digeſtio alimenti.
Hominis conceptus, Partus, Abortus. Prodigioſi partus.
Hominum mirabiles figuræ.
Aetatum gradus & propria, Infantia, Pueritia, Educatio, Adoleſcentia, Egregia & bonæ ſpei, Praua & diſſoluta.
Iuuentus & uirilis ætas.
Senium. Senecta uiuida.
Senium præmaturum.
Senes uenerabiles.
Senilis prudentia, Imprudentia.
Vir. Mulier. Mulieres claræ.
Mulierem in genere aut uirginem quæ deceant: quæ matremfamiliâs.
Nobiles, & Nobilitas. Degeneres.
Qui humili genere orti euaſerint uirtute clari.
Staturæ magnitudo.
Pulchritudo & dotes corporis.
Humanæ uitæ fragilitas.
Vitæ breuitas. Vitæ cupiditas.
Longæuitas. Morborũ conſideratio.
Inſignis uitæ exitus.
Optimorum interitus.
Mortis conſideratio.
Mors ſpontanea, Violenta, Subitanea, Prodigioſa, Cum inſigni metu, Sine metu.
¶ Sepultura, & uarij ritus ſepeliendi. Luctus. Exequiæ. Anniuerſaria. Epitaphia.
Animarum apparitiones & colloquia cum hominibus.
Animæ immortalitas. An dormiat ſeparata à corpore. Inferi.
Pœnæ & tormenta impiorum.
Purgatorium. Paradiſus.
Campi Elyſij.
Reſurrectio corporum, Palingeneſia.
Vita æterna & ſedes beatorum.
Gaudia ſaluatorum, & qualis beatitudo in cœlis. De æternitate.
An ſatan ſaluetur. Benedictio.
Maledictio.

¶ 7. *De Chriſto loci.*

Nomina Chriſti.
Chriſtus Dominus præcipue uocatur.

Pro-

Promiſſiones de Chriſto.
Chriſtus uerus Meſſias nobis eſt exhibitus.
Chriſtus Deus.
Chriſtus homo.
Duæ in Chriſto naturæ impermixtæ.
Vna in Chriſto perſona inſeparabilis.
Conceptus è ſpiritu ſancto.
Natus ex uirgine.
Chriſtus doctor uerus & unicus.
Doctrina Chriſti.
Chriſtus exemplum uitæ.
Facta Chriſti.
Miracula Chriſti.
Chriſtus paſſus eſt & mortuus.

Rex<br>
Sacerdos<br>
Liberator<br>
Sacrificium<br>
Interceſſor<br>
Mediator<br>
Satisfactio.<br>
Legis perfectio<br>
Salus<br>
} eſt Chriſtus ſolus.

Chriſtus eſt omnia.
Chriſtus ſepultus eſt.
Deſcendit ad inferos.
Reſurrexit à mortuis.
Aſcendit in cœlum.

His adiũgi poſſent loci qui ad ſepulturam, inferos, reſurrectionẽ, et uitam æternam pertinent: quos paulò ante circa finem Locorũ de homine poſuimus: ſi quis hunc ordinem quàm illũ mallet.

Chriſtus ſedet ad dexteram patris.
De regno Chriſti cœleſti.
De regno Chriſti in terris.
Vltio Chriſti in hoſtes.
Defenſio eccleſiæ Chriſti.
Victoria ſanctorum.
Martyrium & cõfeſſio nominis Chriſti.
Chriſtus iudex uiuorum & mortuorũ.
Signa præcedentia iudicium.
Mores poſtremi ſeculi. Chriſtiani.
Chriſtianiſmus, & eius antiquitas.
Chriſtus eſt caput eccleſiæ.

### 8. *De Eccleſia loci.*

Eccleſia. Nomina eccleſiæ.
Synagoga. Vocatio gentium.
Repudium Iudæorum.
Reſumptio. Iudæi.
Quotuplex eccleſia.
An erret eccleſia.
Boni & mali in eccleſia.
Quæ eccleſiæ authoritas.
Poteſtas eccleſiaſtica.
An iure dominentur, quibus commiſſa eccleſia.
De ſynodis. Cenſura eccleſiaſtica.
Cogere ad fidem in eccleſia.
Infirmi qui, & quomodo ferendi.
Eccleſiæ leges & conſtitutio.
Eccleſiaſtici ritus apoſtolici qui in templis retinendi.
Ritus ſuperſtitioſi & inutiles.
Opes eccleſiaſticę, ſiue uectigalia ſacra.
Vſus opum eccleſiæ.
Gazophylacium. Sacrilegium.
Simonia. Scholæ & ſtudia.
Scholares & clerici, ſiue filij prophetarum.
Profeſſores & ipſorum officia.
De ſtipendijs pendendis.
Curandi pauperes.
De hoſpitalibus.
De ualidis mendicis.
Miniſtri eccleſiæ.
Apoſtoli. Viri apoſtolici.
Prophetæ. Doctores.
Diaconi. Euangeliſtæ.
Electio & delectus. Miſſio.
Impoſitio manuum.
Officium miniſtrorum Verbi.
De externo & interno uerbo.
Vita & mores concionantium.
Familia miniſtrorũ, Studia, Lectio.
Ratio docendi, hortandi, conſolandi, corripiendi.
Authoritas & exiſtimatio miniſtrorũ.
Grauitas miniſtrorum.
Contemptus miniſtrorum.
Eccleſia malignantium.
Eccleſia hæreticorum.
Conſortium mali. Antichriſtus.
Regnum Antichriſti, Vires eius.
Pſeudoprophetæ, & pſeudapoſtoli.
Epiſcopi & doctores.
Doctrina corrupta ac blaſphemiæ.
Primatus Romani pontificis.
Tyrannis & impietas Romani pontificis.
Vniuerſitates.

### 9. *De Sacramentis loci.*

Signum. Veterum ſacramenta.

Circuncíſio. Paſcha.
Quid differant à nobis.
Vis & efficacia Sacramentorum.
Quid Deus, & quid miniſter in admi-niſtratione ſacramentorum, & quomodo.
De externa & interna ſanctificatione.
Numerus ſacramentorum.
Nimium & minimum tribuere ſacramentis.
Inſtitutio & author ſacramentorum.
Nomina & figuræ.
¶ Baptiſmus. Regeneratio.
Baptiſmus Ioannis, Paruulorum, Hæreticorum. Anabaptiſmus.
Baptiſmus ignis.
Ritus baptizandi.
¶ Euchariſtia. Nomina Euchariſtiæ.
Quæ ſpectāda in hac, & quæ finis eius.
De uſu legitimo, & digne manducantibus.
De præſentia Domini in cœna.
De indigne manducantibus.
De Miſſa, & à quibus ſit inſtituta.
An Miſſa ſit ſacrificium.
An Miſſa ſit applicanda pro uiuis & mortuis.
An pro quibuslibet uotis.
Qui errores, & quæ in Miſſa ſint blaſphemiæ.
¶ Pœnitentia.
Promiſſio & eius certitudo.
Euangelium. Euangelij nomina.
Gratia Dei.
Remiſſio peccatorum gratuita.
Conuerſio. Recidiuum.
Correctio. Contritio.
Confeſſio peccatorum.
Confeſſio auricularis.
Claues, & ligandi ſoluendiꝗ poteſtas.
Abſolutio. Satisfactio.
Indulgentiæ. Excommunicatio.
Receptio in cœtum, & reconciliatio.
Conſortium. Contagio.
Fides ſola iuſtificat.
Opera inutilia & hypocritica ſunt ſine fide.
Quomodo tribuatur operibus iuſtitia.
Ieiunium. Eleemoſyna, miſericordiæ opera.
Oratio. Preces publicæ.
Meritum & præmium.
Quomodo debeatur homini præmium.
Quis uſus, & quæ ratio bonorū operū.
Confirmatio. Chriſma & oleum.
De catechiſandis rudibus.
Ordo, Character.
Vide locum de Eccleſia.
Superſtitionum miniſtri.
Votum, Violabile, Inuiolabile.
Monachi. Anachoritæ.
Monaſteria. Solitudo laudata, Vituperata.
Viduæ. Virginitas.
Priuata uita an publica præſtantior.
Vnctio extrema.
De morituris, quomodo inſtruendi conſolandiꝗ ſint.
¶ Matrimonium. Leges & inſtituta matrimonij.
Inuentor & author coniugij.
Matrimonium ſacerdotum.
Cœlibatus probatus, Improbatus.
Ducenda uxor, Non ducenda.
Commoda coniugij, Incommoda.
Gradus prohibiti ad matrimonium.
Adulterium. Inceſtus. Stuprum.
Spurij. Diuortium.
Nuptiæ, & ritus gentium.
Conuiuia. Sponſalia.
Affinitas, Genus, Cognatio.
Familia. Coniugum officia.
Parentum officia.
Inſtitutio & cura liberorum.
Caſtigatio moderata.
Officium liberorum, & quid debeant parentibus. Adoptio.
Cura rei domeſticæ.
Proprietas rerum. Hæreditas.
Diuitiæ bonæ & malæ.
Paupertas laudata, Vituperata: Patienter tolerata, Impatienter.
Ex diuitibus pauperes.
Ex pauperibus diuites.
Diuites fuerunt etiam ſancti.
Communio rerum.
Seruorum officia, famulorum.
De ſeruitute.

10. De *Magiſtratu loci.*

Magiſtratus omnis à Deo.
Obedientia quæ ei debetur.
Monarchia. Rex.

Ariſto-

Ariſtocratia. Principes. Democratia.
Oligarchia. Reſpublica.
Regalia & Magiſtratus inſignia.
Inuida regni ſocietas.
Cupido regnandi.
Incolumitas & diuturnitas regni.
Translatio regni. Subuerſio regni.
Captiuitas. Libertas.
Seruitus, Clemens, Dura.
Oppreſſio. Tyrannis.
Tyrannicidæ, et interitus tyrannorum.
Princeps bonus.
Ordines & claſſes.
Iudicis conſideratio. Senatus.
Regni & reipub. officiales.
Vrbes, Arces, Villæ, Agri, Syluæ.
Publica ædificia.
Aquæductus. Spectacula.
Ludi. Epulæ.
Curſus & exercitatio iuuentutis.
Forum. Contractus.
Venditio. Emptio. Locatio.
Conductio. Mutuum.
Commutatio, ſeu permutatio rerum.
Depoſitum. Debita.
Actiones foreñ.
Poſſeſſiones. Merces peregrinæ.
Ne ſit contagio in populo.
Leproſi, & Leproſaria, ut uocant quidam hodie.
Legum conſideratio. Priuilegia.
Menſura & pondus. Aerarium. Moneta. Vectigalia, Tributa, & Exactiones.
Iuſiurandum, & eius religio. An iurare liceat. Periurium. Teſtes.
Boni à malis calumnia oppreſſi.
Carcer. Quæſtiones. Tormenta.
Animaduerſio iuſta & ſeuera in legum uiolatores. Proſcriptio.
Infames quibus ex cauſis abſoluti aut damnati. Qui quæ in alijs uindicarunt, ipſi commiſerunt.
Exilium. Virgis cædere.
Supplicio corporis affligere.
Supplicia noua & dira
Animaduerſio neglecta, impunitumq́ malum.
Defenſio innocentum.
Viduæ & pupilli. Tutores.
Patroni & aduocati.
Obliuio & intermiſſio rerum commiſſarum, & iniuria reipub.
Repulſæ. Teſtamenta.
Legata. Aſylum.
De muneribus bonis aut pernicioſis accipienti.
Munerum corruptela.
Munus honorarium & honeſtum.
Animus incorruptus à muneribus.
Perſonæ acceptio in iudicio.
Seditio. Conſpiratio.
Seditionis ultio.
Simultas. Inſidiæ.
Periculoſa principum amicitia.
Pax & concordia.
Diſcordia. Fœdera & pacta, Sancte ſeruata, Violata. Minæ.
¶ Bellum, Ciuile, & inteſtinū, Hoſtile.
Cauſæ belli. Ius belli.
Bellum denunciatum.
Imperator. Imperator bonus.
Bellum Turcicum, & cum hoſtibus religionis.
Diſciplina militaris.
Leges in bello non ſileant.
Arma bellica. Strategemata.
Inſtruendæ aciei conſyderatio.
Caſtra & caſtrametatio.
Obſidio. Oppugnatio.
Vigiliæ & cuſtodiæ.
Monomachiæ memorabiles.
Pugnæ celebres.
Induciæ, Seruatæ, Non ſeruatæ.
Victoria anceps & cruenta.
Felix & paucorum.
Inſolens uictoria.
Fuga fœda. Fuga honeſta.
Strages & clades.
Quæ ſtrenuorum præmia.
Triumphandi ratio.
Coronarum conſyderatio.
Quid faciendum poſt bellum.
De modo paciſcendi.
De exercitatione rei militaris in pace.
De certaminibus & gladiatoribus.

11. *De artibus loci.*

Liberales. Quàm magni effectus artium.
Eruditio optimum uiaticum.
Literarum neglectus.
Philoſophia laudata, uituperata.
Eruditio iuſta.

Induſtria. Ocium literarium.
Imitatio. Exercitatio.
Stilus. Studium linguarum.
Bibliotheca, libri, & delectus authorũ.
Grammatica. Poëtica & poëtæ.
Fabulæ, fictæ narrationes.
Apologi. Hiſtoria. Sententiæ.
Adagia. Dicteria. Similia.
Collationes. Parabolæ.
Exempla. Apophthegmata.
Allegoria. Aenigma.
Dialectica. Rhetorica.
Eloquentia nata: Vſu acquiſita:
Affectata. Eloquẽtię uis & pręconia.
Infantia, Balbuties & Barbaries.
Pronunciatio. Arithmetica.
Geometria. Geographia.
Aſtronomia. Muſica. Iurisprudentia, Iurisprudẽs. Mathematica.
Phyſica. Metaphyſica.
Ethica. Politica.
Oeconomica, quorũ loci aliquot ſupra in genere de ſacramentis poſiti ſunt.
Medicina. Magia. Pictura.
¶ Mechanicæ artes.
Agricultura. Pecuaria.
Vites. Vinum. Horti.
Plantatio & cultus.
Molitores. Piſtores.
Fabri ferrarij.
Architectura. Aedificia.
Lignarij. Sutoria.
Sartoria. Lapicidæ.
Cementarij. Figuli.
Fuſores. Argentarij. Lanij.
Pannicidæ. Lanificium.
Textores. Nauigatio.
Piſcatores. Venatio.
Mercaturæ. Pharmacopolæ.
Vnguenta. Labor. Otium.

12. *De uirtutibus & uitijs loci.*

Virtus. Vitium.
Litera Pythagoræ ſeu biuium.
Pietas & reuerentia, In Deum, In patriam, In parentes, In cognatos, In benefactores. Impietas.
Superſtitio. Fides.
Chriſtiana fides. Perfectio.
Obedientia fidelium. Vis fidei.
Fides peruerſa. Simulata fides.
In patriam & rempub.
In cognatos & amicos.
In hoſtes ſimulata fides.
Fides ſeruata erga hoſtes.
Seruorum in dominos & contra, fides ſimulata.
Seruorũ in dños & cõtra, fides ſeruata.
Coniugalis fides ſimulata.
Seruata fides coniugalis.
Perfidia. Perfidi mulctati.
¶ Spes, In diuina, In humana, Rata, Irrita. Deſperatio.
Lubricitas humani animi.
Conſtantia Dei. Metus.
Timor Dei. Dubitatio.
Charitas ſeu Amor, In Deum, In parentes, In hoſtes.
Amor & amicitia.
Amor proximi. Amoris ſpecies.
Vera amicitia, Fucata, Seruata, Neglecta: Iuuenilis, Senilis; Vetus, Noua.
Philautia.
Odium Dei, Hominum, Bonorum, Malorum. Contemptus.
Scandalum ſiue Offenſio.
Inuidia. Aemulatio. Contentio.
Rixæ. Reconciliatio.
Qui ex inimicis amici facti ſingulares.
Irreconciliabiles. Beneficium.
Beneficium in patriam, In cognatos, In neceſſarios & bene meritos.
Beneficium hoſpitibus præſtitum, Dignis, Indignis, Inimicis.
Beneuolentia, & Benignitas & manſuetudo. Humanitas. Affabilitas.
Liberalitas, De ſuo, De alieno.
Hoſpitalitas. Peregrini & exules.
Frugalitas & parſimonia.
Sua ſorte contentum eſſe.
Auaritia & ſordes.
Vſura. Peculatus.
Rapina. Furtum.
Reſtitutio. Fraus ac dolus.
Alea. Lucrum ex ſcelere.
Proprij commodi ſtudium.
Reipub. ſtudium. Inhumanitas.
Aſperitas. Illiberalitas.
Inhoſpitalitas. Prodigalitas.
Gaudiũ & hilaritas. Riſus. Facetiæ.
Triſtitia & dolor. Cachinus. Ineptiæ.
Gratitudo in Deum, In patriam, In cognatos, In benemeritos, In hoſtes.

Ingra-

Ingratitudo. Obliuio beneficij.
Veritas, Dei, Hominum.
Quæ promiſeris præſta.
Quæ laudem merentur lauda.
Laus diuina, Humana, Tempeſtiua & iuſta, Intempeſtiua.
Gloria & honor.
Ignominia & dedecus. Vanitas.
Hypocriſis. Mendaciū officioſum.
Fama. Rumor. Lingua.
Obtrectatio & maledica lingua.
Calumnia. Contumelia. Proditio.
Suſpicio. Deriſio. Suſurri.
Liberè dicta aut facta.
Sapienter dicta aut facta.
Vafrè dicta factaúe.
Veritas corrupta & obſcura.
Adulatio. Loquacitas & garrulitas.
Taciturnitas. Malæ imprecationes.
Blaſphemiæ. Non iurandū omnino.
Iuſtitia, Diuina, Humana.
Iuſtus quis. Aequitas. Iniquitas.
Iniuſtitia. Iniuria illata. Non propulſata. Iniura accepta. Perſecutio.
Perſecutorum artes, furor, &c.
Interitus perſecutorum.
Patientia, Laudata.
Cedendum in tempore & loco.
Patientia illaudata.
Animi tranquillitas ac uita beata.
Vita ſanctorum afflictio.
Turpe eſt pati ob ſcelera.
Pugna Chriſtiana. Arma Chriſtiana.
Aſtutia & artes hoſtis noſtri.
Impatientia. Obmurmuratio.
Querelæ. Tædium uitæ & laboris.
Prudentia. Scientia & cognitio.
Intempeſtiua & immatura.
Conſilium prudens.
Vigilantia & ſolicitudo.
Imprudentia. Stultitia.
Conſilij boni contemptus.
Phanatici & furioſi. Curioſitas.
Somnolentia & incuria & negligentia.
Fortitudo, Publica, Domeſtica.
Magnanimitas. Conſtantia, & Perſeuerantia. Temeritas & audacia.
Pertinacia. Inconſtantia.
Puſillanimitas. Præſumptio.
Moroſitas. Celeritas & feſtinatio, Matura, Immatura.
Tarditas Laudata, Vituperata.
Opportunitas. Ira. Violentia.
Immanitas & crudelitas.
Parricidia. Latrocinia. Veneficiū.
Homicidium. Clementia.
Temperantia & ſobrietas.
Modeſtia & humilitas.
Intemperantia, Luxus.
Voluptas, Mollities.
Faſtus & ſuperbia. Arrogantia.
Ambitio. Inanis gloria. Iactatio.
Cultus corporis. Ornatus Chriſtianorum. Sanitas & cura ſanitatis.
Balnea. Splendor & luxus in cultu.
Sordicies. Ruſticitas.
Incuria ualetudinis. Edacitas, crapula. Fames & ſterilitas.
Fertilitas. Sitis. Ebrietas.
Vinum. Libido ſiue Venus.
Fera et deteſtāda. Amatores inſignes.
Verecundia, Honeſtas, Decorum.
Pudicitia, Iuuenilis, Senilis, Virilis, Fœminea, In dictis & factis, Laudata, Vituperata.
Impudentia, Indecorum.
Scurrilitas. Obſcœnitas. Petulantia & laſciuia. Choreæ.
Scortatio. Fornices.

Hactenus materiam locorū enumeraui, circiter 950. quorum ordinis ratio ad theologiam magis quàm philoſophiā ab authore compoſita eſt: facile autem ad ſuum quiſq; captum & inſtitutū accommodabit.

¶ De Locorum cōmunium uſu aliquid præfati ſumus in Græcos locos communes Antonij monachi et Maximi.

Locorum communium uſus ex poëtis. Albertus Eyb. Vide in Ethicis, ubi recenſentur ſententiæ collectæ de uitijs & uirtutibus, &c.

¶ Codex quidam Græcus Romæ extat in Vaticana bibliotheca, ſine principio & fine, continens πολλὰ ἀπανθίσματα.

Ex præfatione authoris innominati in Pharetram fidei, impreſſam olim in magno fol. In conuerſionis meæ primordio cum pro mentis recreatiōe ſanctorum auctoritates legerē, &c. uiſum eſt excerpere aliqua quę poſtmodum diligentius ordinarem. Quatenus quæ ad deuotionem & prædicationē, uel etiam

ad diſputationem utilia forent, poſſent ibidem facilius inueniri, &c. Opuſculum etiam præſens uolui Pharetram appellari: quia ſicut in pharetra baliſtariorum diuerſa iacula reponuntur, quibus hoſtis hoſtem ſuo tempore ferit, uulnerat, & deuincit: ſic etiam in hoc libello uariæ, fortes, & multæ ponuntur & inueniuntur auctoritates & dicta ſanctorum doctorum, & aliorum philoſophorum, & poëtarum fide dignorum, quas ſi lingua pariter & manu firmiter tenuerimus, antiquum hoſtem noſtrũ, id eſt, diabolum, & nouum etiam inimicum, id eſt quemlibet peccatorẽ quantocyus deuincemus, &c. Iſtud opus ſecundũ ordinem alphabeti diſtinguitur. Ab initio ponuntur ordine literarum, nomina authorũ & librorũ ex quibus hæc Pharetra congeſta eſt, deinde eodem ordine capita totius operis. Omnia ſanè ex optimis, non barbaris, ſcriptoribus collecta ſunt. Quare nos etiam ſuo quæq; loco citauimus.

Liber moralitatum elegantiſſimus magnarum rerum naturalium, Lumen animæ dictus (ſic habet inſcriptio) impreſſus in folio, anno 1479. nec authoris, nec loci ubi excuſus eſt, nomine expreſſo. Collectus eſt ſanè ex optimis authoribus, quorũ multi in lucem nondum prodiuerunt.

Concordantiæ biblicæ maiores, & minores.

Flos theologiæ.

Florilegiũ ex diuerſis opuſculis M. N. Authoris nomen per has literas puto deſignati, non intelligo.

Epiſtolę D. Auguſtini et Cęcilij Cypriani generalia quædam argumenta tractant: ut quaſi loci quidam communes uideri poſſint: ſicut & multorum aliorum epiſtolæ, quas ſupra memorauimus.

¶ *Pars 6. Scriptores aliquot locorum communium, ordine alphabeti.*

Antonij Angli loci communes 19. ex patribus.

Antonius Coruin. apophthegmata D. Eraſmi in Locos digeſſit.

Antonij Coruini Loci ſacri ex Auguſtino & Chriſoſtomo.

Antonij monachi Meliſſæ ſiue Locorũ ex Græcis theologis & profanis ſcriptoribus partes 2. quarum prioris interpretationẽ Latinã nos dedimus, poſterioris Ioan. Ribittus. Loci omnes ſunt 175. Extant etiã ab alio quodam monacho Flores ex diuerſis authoribus congeſti, Romæ in Bibliotheca Vaticana.

Antonij Rampigolli Biblia aurea.

Conradi Pellicani Index Bibliorũ, qui communium locorum rationem magis habuit quàm uulgatæ Cõcordantiæ: & propria nomina diligentius poſuit.

Flores ex operibus S. Bernardi per Locos digeſti, & impreſſi.

Chriſtophorus Hoffman Locos quoſdã communes ſacros tractauit in libris tribus de pœnitentia.

Conradi Lycoſthenis Rubeaquẽſis Loci communes uarij & copioſiſſimi: quos breui in lucem uenturos ſpero & opto.

Deſ. Eraſmi Chiliadum prouerbia, per Locos diſpoſita, in Tabula ab initio operis.

Chiliadum Eraſmi Epitomen ſecundũ Locos pugnãtes quidã cõſcripſerũt.

Eraſmi Sarcerij Loci comm. theologici, cum ſolutionibus contrariorum. Alios etiam locos ſacros tractauit in Dialogo de ueterum ſynodis. Idem locos ſacros ex Auguſtino in methodum redegit.

Dominicus Nanus Mirabellius Polyantheã ſcripſit, ex ſacris & profanis authoribus.

Georgius Maior Locos communes ex poëtis collegit.

Idem Similia Eraſmi in locos redegit.

Hanapus locos ſacros è Biblijs adornauit.

Hermanni Bonni exempla ſanctorum, quibus adijcitur index ſecundum locos communes.

Hermanni Bodij loci communes ex ſanctis patribus, in Vnione diſſidentiũ.

Epitome ſapientiæ ſiue Loci com. ex ſacris & prophanis authoribus Hieremiæ Paduani.

Iacobi Magni Sophilogium, id eſt, loci com-

cõmunes ex ſacris & profanis authoribus optimis.

Io. Eccij enchiridion Locorum communium Theologicorum.

Io. Stobæi collectanea, id eſt, Loci communes Græci 123. Eoſdem nos Latinitate donauimus, & breui iterum ad uetuſta manuſcripta exemplaria infinitis locis caſtigatos & auctos dabimus.

Ioan. Galenſis Manipulus florũ, quem Thomas Hibernicus perfecit.

Io. Pechani ex utroq; Teſtamento Loci.

Lucij Domitij Bruſonij, facetiarum exemplorũq; libri 7. per locos digeſti.

Marci Marulli Euangeliſtarium & libri 6. de religioſe uiuẽdi inſtituto locos communes ex Biblijs tractant.

L. Annei Senecæ epiſtolæ multos quaſi locos comm. in philoſophia tractant.

Maximi Loci Græci 71. ex ſacris & profanis, cum Antonij monachi Meliſſa æditi adiuncta interpretatiõe noſtra Latina.

Maximus Planudes epigrammata Græca per locos digeſta caſtrauit. Vide in primo Tomo.

Macharius quidam monachus collegit flores ex uarijs authoribus.

M. Val. Martialis epigrammata caſtrata, in locos 86. per nos diſtincta ſunt.

Mercurij Viperæ libri 15. Enarrationũ diuinarũ & humanarũ rerum, plurimos communes locos tractant, citatis authorum ſententijs. Eiuſdem alij libri 15. de priſcis & ſacris inſtitutis Varia & Moralia tractant, haud ſcio an ſimiliter per locos.

Otho Brunfelſius ædidit Pandectas ſacras per locos in utrunq; Teſtamentum: cum indice Locorum ab initio, ex quo nos potiores tantum in hoc opus tranſcripſimus.

Philippi Melanchthonis Loci communes, ſiue Theologicæ hypotypoſes.

Raphaël Volaterr. locos aliq̃t ex Græcorum ſententijs collegit à libro 28. uſq; ad librum 32. incluſiue.

Thomæ Hibernici manipulus florum, quem inchoauerat Io. Galenſis, ex libris 36. authorum.

Valerius Maximus exempla illuſtrium uirorum in factis dictiſq; memorabilibus per Locos communes poſteris tradidit. Locos & ordinem Valerij Marcus Ant. Coc. Sabellicus, & Baptiſta Fulgoſus pulcherrime imitati ſunt.

Xyſti Betuleij Symphonia, ſiue index Græcus in omnia noui Teſtamenti uocabula.

¶ *Pars 7. De Bibliothecis, id eſt, catalogis ſcriptorum, ordine literarum: deinde etiam de locis librorum cuſtodia inſignibus, & ſtructoribus eorum. Et primũ in genere quædam ad libros pertinentia.*

¶ Adeſpota, Cælius 10.2.

Paratitla, titlaria, Cælius 9.10.

Ad umbilicum perducere quid, Cælius 15.20.

Catalogi libri & tactici, Cælius 21.31.

Mos nihil mandandi literis, Cælius 10.1.

Scriptum, Octauian. Mirand.

Qui primi libros ædiderint, Polydorus 2.7.

De prima Bibliotheca, ibidem.

Quis omniũ primus libros publice præbuerit legendos, quantusq; numerus fuerit Athenis ante clades Perſicas librorum in Bibliothecis publicorum, Gellius 6.17.

¶ Alberti Magni de antiquis authorib. aſtronomiæ liber.

Amphicrates de uiris illuſtrib. ſcripſit, Athenæo teſte.

Apollodori Athenieñ. Bibliothecæ pars etiamnum extat.

Beda de ſcriptoribus eccleſiaſticis, continetur in Honorio eiuſdẽ argumenti libro, Honorius in noſtro.

Bernardinus Rutilius de uitis & ſcriptis iuriſconſultorum ueterum.

Callimachus ſcripſit tabulas, in quibus nominat omnes qui in ullo eruditionis genere præcelluerunt, & ſcripta eorum recenſet, libris 120. Suidas.

Gennadius de ſcriptorib. eccleſiaſticis.

Heſychij Mileſij catalogus uirorum in literis illuſtrium.

Hieronym. de ſcriptorib. eccleſiaſticis.

Honorij de ſcriptoribus eccleſiaſticis librum, Ioan. Trittemius in ſuum tranſtulit. Nos diligenter contulimus, & ſi quæ deerant in Appendice primi

Tomi addidimus.

Iacob. Rueff, urbis noſtri chirurgus, nuper hic ædidit tabulam, qua Aſtrologorum nomina permulta continentur, & uiriles facies ſingulis nominibus cũ diuerſis aſtronomicis inſtrumentis eleganter pictæ ſubijciuntur, cum metris Germanicis.

Ioan. Fichardus de uitis & ſcriptis iureconſultorum, qui poſt annum Domini 1190. claruerunt.

Eiuſdem indices duo omniũ in utroq; iure ſcriptorum, à ueteribus & recentiorib. iuriſconſultis ad hæc ferè tempora æditorum. Hi ſuo loco integri, ſed aucti, partitionibus noſtris inſerentur.

Io. Trittem. de eccleſiaſticis ſcriptorib. Eiuſdem de illuſtrib. Germaniæ ſcriptoribus liber. Nos ambos ferè integros partim primo Tomo noſtro, partim eius Appendici, inſeruimus.

Iſidorus de ſcriptoribus eccleſiaſticis: tranſcriptus ab Honorio in ſuum catalogum.

Lilij Gregorij Gyraldi hiſtoria poëtarũ. Liber optimus.

Martini Lutheri iudicium de eccleſiaſticis doctoribus.

Megacles de uiris illuſtribus (neſcio an ſcriptorib. nihil enim aliud reperio) citatur ab Athenæo lib. 10.

Nicolaus de Cuſa circa Cuſam uillã ubi natus eſt, ad ripas Moſellæ, è regione Vrſicaſtri, hoſpitale celeberrimũ S. Nicolao dedicauit, idq; prędijs et redditibus dicauit, ac libris in quauis ſcientia pluribus exornauit, Gręcis, Latinis, & alijs. Io. Trittemius.

Nicolaus Gerbelius congeſſit collectanea quædam de ſcriptoribus Gręcis, ego materiam futuri operis uidi, adhuc indigeſtam.

Othonis Brunfelſij illuſtrium medicorum catalogus.

Petrus Crinitus de poëtis Latinis.

Philippi Melanchthonis cenſura de eccleſiaſticis doctoribus.

Philippi Riboti Cathalani index de illuſtribus uiris Carmelitani ordinis, à Ioan. Trittemio, ni fallor, translatus in ſuum.

Philon Biblius Græce ſcripſit de comparandis & eligendis libris, Suida teſte: ut opus authori ſuo tanquam philobiblo conueniat.

Photij patriarchæ magnum uolumen Græcũ de libris, quos ipſe legit, extat in Italia, nondum publicatum.

Raphaël Volaterranus in Anthropologia inter cæteros doctorũ aliquot uitas & ſcripta commemorat, ordine literarum.

Sigeberti de ſcriptoribus eccleſiaſticis librum, Io. Trittemius puto integrũ ſuo interpoſuit.

Symphorianus Campegius de ſcriptoribus medicinæ.

Sophronius Græce reddidit Hieronymi librũ de ſcriptorib. eccleſiaſticis.

Suidas in dictionario ſuo Gręco multas paſſim doctorum hominum uitas & ſcripta enumerat.

¶Chriſtianus Herlinus & Iacobus Bedrotus compoſuerunt indicẽ alphabeticum authorum omnium, & quid quiq; ſcripſerint, quos Athenæus citat. Alij etiam in alios authores ſimiles tabulas condiderunt, ut in Pollucem, Strabonẽ, Stobæum noſtrũ, &c.

¶Auguſtini librorum Indiculum ſcripſit Poſidonius, & aliũ Iacobus Genaeñ. Cl. Galenus de libris proprijs. Eiuſdem & Hippocratis librorũ numerum, & ordinẽ Iacobus Syluius deſcripſit.

Hieronym. Cardanus de libris proprijs.

Catalogi duo operum Deſ. Eraſ. Rote. ab ipſo cõſcripti & digeſti: cum præfatiõe D. Bonifacij Amerbachij I. C.

¶Iam hæc perſcripſerã, cum rurſus quę ſequũtur huic Titulo addenda ſe mihi obtulerunt.

Angelus Politianus 1.15. de authore Sybaritidos, & Sybariticis libellis.

Angelus Decembrius in Politia literaria multa ſcripſit, quæ ad hunc Titulum pertinent, qualia ſunt:

De Græcis authorib. qui magis opportuni, 1. 8.

De noſtræ tempeſtatis auctoribus quædam breuiter, Ang. Decemb. 1. 9.

De plæriſq; librorum ineptijs, et apocryphis indigne ſuppoſitis, 1. 10.

De

De bibliothecæ politiæq; literariæ commendatione, deq; noſtrę tempeſtatis ignauia ueterum comparatione qui literarum ſtudia maxime coluerunt, parte 16.

De bibliothecarum ſeu librorũ omniũ ornatu inſtrumentoq;, qui apud doctiſſimos magis neceſſarij cognitu re cenſentur, libro 1. & 2.

De librorum bonitate quędam egregia, parte 60.

De libris Italici ſermonis ad quid exercendis, 1. 6.

Cælius Rhodiginus de libris Thyticis, 27. 14. De onirocriticis, ibidem. De libris improbatæ lectionis, 9. 23.

Chriſtophorus Friburgeñ. Heluetius iuuenis doctiſſimus (cognomẽ non occurrit) in opere quodam Chronicorum opinor, doctorum aliquot lucubrationes recẽſet, prout diuerſis ſinguli temporibus claruerunt.

Hieremias Paduanus de authoribus ſcientiarum, & libris eorum, 3. 3. 2.

Ioã. Ferrerij Pedemontani Bibliotheca omnis generis ſcriptorum, nondum ædita.

Lilius Greg. Gyraldus de Argonauticorum ſcriptoribus, pag. 540. libri de poëtis.

Petrus Crinitus 7. 4. Qui de ingenio dæmonũ ſcripſerint. Et 3. 5. Qui maxime apud Latinos de ſacris & pontificijs uerbis ſcripſerint.

Plydorus Vergilius 6. 2. Qui diuorum uitas ſcripſerint.

Robertus Valturius in proœmio libri 2. Quòd maximi duces hiſtoriã ſcripſere.

Vuolfgangus Lazius Rerũ Viennenſium lib. 3. cap. 5. Qui uiri docti & æditis libris clari è Viennenſi gymnaſio prodiuerint.

*¶ Catalogi ſcriptorum, qui quoniam in libris nõnullis uarij authores citantur, à fronte illorũ præfixi habentur.*

In Athenæum. In Pollucem. In Strabonem.

In Plutarchum de uitis, ad finem Baſilienſis æditionis Latinæ.

In Iſacij Tzetzis commentarios in Lycophronem.

Stephanus in dictionario ſuo Geographico multos paſſim authores citat, quorũ multi nuſquã alibi nominantur.

Vide indicem in Laërtium de uitis philoſophorum.

Vitæ doctorum aliquot uirorũ, in quibus etiam ſcripta eorũ continentur, à diuerſis authoribus æditæ, in uolumine impreſſo Francfordiæ in 4.

Scripſerunt autem multi doctorum hominum uitas, uel plurium, uel ſinguli ſingulorum: quarum in Hiſtoricis mentionem fecimus.

Bibliothecam noſtrã nominare hic non opus eſt, niſi eam ob cauſam tantum, ut indicetur, ex omnibus ferè iam nominatis libris, qui modo extent, eam concinnatam à nobis eſſe, quod facile animaduertent Lectores in primo Tomo & eius Appendice. Habeo præterea collectanea ſcriptorum in Germanica lingua, quæ etiam ipſa, ſi uitam Deus opt. max. eouſq; promouerit, aliquando ædentur.

*¶ Quibus in locis, uel à quibus inſtitutæ celebres quædam Bibliothecæ ſint.*

Franciſci Gallorum regis Bibliotheca Fontebellenſis, multis & raris præcipue Græcis exemplaribus inſtructiſſima fertur. Laudandum eſt ſanè huius regis inſtitutũ, qui primus in Gallijs magno animo bonas literas promouit, profeſſores in clariſſimis linguis Latina, Gręca, Hebraica & Arabica publicos conſtituit: & typographum qui optima quæq; Latina & Græca exẽplaria cuderet, fouere uoluit: deniq; pulcherrimam bibliothecam conquiſitis undiq; optimis libris inſtituit. Vtinam noſtri ſeculi principibus, quorum magna pars uitã aut in uoluptate turpiter, aut in bellorũ ſtudijs miſerè cõſumit, idem qui laudatiſſimo quondã Cæſari Antonino animus eſſet, cuius aureũ hoc de ſeipſo dictum fertur: Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δ' ὀρνέων, ἄλλοι θηρίων ἐρῶσιν· ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος.

Vaticana ſiue Palatina Pontificis Romani bibliotheca, ingentem bonorũ librorum ſupellectilem condit.

Medicum bibliotheca Florentiæ multis iam annis celebrata eſt.

Bibliothecæ S. Saluatoris & S. Dominici Bononiæ non paucos optimos libros habent.

Clariſſimæ Græcis & Latinis codicib. Bibliothecæ Venetijs ſunt, primum à Beſſarione Cardinale relicta, ad S. Marcum ni fallor: deinde S. Antonij, & SS. Ioannis & Pauli.

Diegus Hurtadus à Mendozza, Caroli V. Cæſaris apud Venetos legatus, excellentem Bibliothecam inſtruxit.

Illuſtriſſimi Saxoniæ duces, Io. Fridericus Vitebergæ, Mauricius Lipſiæ in collegio Paulino, inſtructiſſimas Bibliothecas nuper conſtituerunt.

Albertus Marchio Brandenburgenſis dux Pruſſiæ ab egregia in Monteregio Bibliotheca inſtituta plurimum laudatur.

D. Othonem Henricum principem Palatinum plurimos libros colligere audiui: item Io. Iacobum Fuggerū Auguſtæ Vindelicorum.

Ad S. Victorem Pariſijs magnā exquiſitorum etiam uoluminū copiam ſeruari fama eſt.

Richardus de Bury Dilmelmenſis epiſcopus, Eduardi Anglorum regis 3. cancellarius ſcripſit Philobiblon de inſtituta à ſe Bibliotheca in Anglia.

Matthiæ regis Vngarię Bibliotheca Budæ inſtructa, miſerè perijt: ut in præfatione in primum Tomum conqueſti ſumus.

Cœnobia quædam monachorum, Benedictinæ profeſſionis & Carthuſianæ præcipue, ut audio, bibliothecas pulchre inſtructas habent: quæ autē illorum magis excellant, iam nō ſuccurrit.

In Atho celebratiſſimæ bibliothecæ ſūt, ut ſcribit M. Antonius Antimachus in epiſtola ad patrem, ubi præfatur in translationem ſuam Gemiſti Plethonis. In Parnaſſo ſiue cœnobio quodam eius montis etiam multa & rara extare rumor eſt, neſcio quàm uerus.

Conſtantia urbs clariſſima ad lacum Acronium, quem Rhenus influit, non exiguam Bibliothecam habet, & foret multò maior, niſi in Concilio ante annos 100. & ſupra, illic congregato, Itali currus etiam libris onuſtos auexiſſent. In eiuſdem lacus inſulis cœnobia ſūnt, quæ adhuc raros quoſdam libros cuſtodiunt.

Baſileæ in magna eccleſia, & ad S. Leonardum non uulgares Bibliothecæ ſunt. Spirenſem quoq; locupletiſſimam eſſe fama eſt.

Senatus Auguſtæ Vindelicorum non paucos nuper libros Græcos, quorū plærique nondum excuſi ſunt, in publicam Bibliothecā ex Italia coēmit. Nos Procopij cōmentarios optimos in Octateuchum ueteris Teſtamenti nacti ex ea ſumus, quos Conradus Clauſerus noſter in Græca lingua exercitatiſſimus Latinos facit.

Bernenſium in Heluetia ſenatus, & Argentoratenſium ad Rhenum, Bibliothecas publicas magna cū laude nuper inſtruere cœperūt. Non contemnenda eſt etiā Tigurina noſtra, quanquam typis tantum excuſos habeat.

De bibliothecis diuerſis uide Athenæū primo folio libri 1.

De claris ueterum bibliothecis copioſe dixi ſtatim ab initio præfatiōis in primum Tomum: ad quam remittimus Lectorē. Hoc tantū in præſentia addendum eſt, Q. Serenum Samonicū ſexaginta millia librorū, id eſt, ſuam Bibliothecā Gordiano ex Teſtamento reliquiſſe: ut ſcribit Iac. Faber Stapulenſis in Annotationib. ſuper octauo Politicorum Ariſtotelis. Vide in Orthographia Io. Tortellij in B.

Epaphroditus Neronis libertus triginta millia librorū poſſedit, Leonicen. 3. 34.

De indicibus in Bibliothecas parandis ſupra dictum eſt.

De Bibliothecæ & ſcribendi inſtrumentis, uide ſupra in ultima parte primi Tituli.

¶ *Pars 8. De mirabilibus.*

Antequā finem faciamus Loci, quē de Varijs inſcripſimus, pauca quædam de mirabilibus dicenda ſuperſunt: ad multa enim huius uocabuli uſus ſe extendit,

tendit, de ſingulis alibi latius dicet, hic in genere quæ inciderint annotaſſe ſufficiet. Mirabilia igitur uocamus, aut artium noua & egregia inuenta: aut naturæ opera quædam, monſtra præſertim, aut alioqui rara. Mirabilia etiam dicuntur, quæ quaque in re uehementer excellunt (rara enim ſunt) quamobrem mire & mirifice pro uehementer uulgaris ſermo uſurpat: & paradoxa, id eſt, quæ inopinata & præter expectationẽ fiunt quauis in re. Item ea, quorũ cauſas ſatis reddere non poſſumus, ut diuina, & alia quædam: nam & in naturalibus huiuſmodi multa ſunt: etiamſi nõ rarò, ſed frequenter aut ſemper eueniant. Sic admirabile opus uocamus, quod dignũ ſit contemplatione: & admiratio atque dubitatio philoſophiæ quędam initia ſunt, ut finis eiuſdem nihil uel pauca admirari, tanquam perſpectis iam cauſis: unde Horatius in epiſtolis,

Nil admirari propè res eſt una Numici,
Solaque quę poſſit facere et ſeruare beatũ

Hiſtorias mirabiles & euentus inopinatos, partim in Hiſtoricis, partim in loco de fortuna reperies.

Ariſtoteles & Trophilus mirabiles narrationes ſcripſerunt. Quanquã Stobæus ex eodem libro qui Ariſtoteli tantũ uulgo tribuitur ſentẽtias quaſdam, nunc ſub Ariſtotelis, nunc ſub Trophili nomine citet.

Paſiteles, qui admirabilia opera ſcripſit, à Plinio allegatur.

De rebus uulgo incognitis Galeatius.

De rebus mirabilibus libri 2. Rutgeri.

De rebus admirandis Alexander ab Alexandro, I. C. Neapolitanus. Alij etiam qui uaria ſcripſerunt, quos in prima huius tituli parte nominauimus, multi res quaſdã mirabiles paſſim recitant.

De ijs quæ ex tota ſubſtantia agunt, ſiue quorum cauſæ reddi non poſſunt, liber Cl. Galeni non extat. Pleræque autem quæ gemmis attribuuntur uires, ſi quæ ſunt, eiuſmodi ſunt.

Antonij Lodouici libri quinque de occultis proprietatibus. Secretorum libri quidam inſulſi & impij Alberto Magno attribuuntur.

Experimenta Ioachimi Ringelbergij.

De mirabilibus Fridericus Nauſea.

Gilberti Cognati Narrationum lib. 3.

Geographi multa mirabilia habent, quod uel hominũ figuras, uel ritus, uel regionum aut cœli aut maris naturam attinet, aut in regione contentorũ, animalium, ſtirpium, lapidum, &c. Huiuſmodi multa apud Strabonem, Herodotum, Pauſaniam, Heliodorũ in Aethiopicis, & hiſtoricos quoſdam legas. Huc maxime pertinent libri illorum, qui noſtro ſeculo de nouo orbe ſcripſerunt, ut Petri Martyris: item qui Septentrionales ad Europam regiones & inſulas, ut Iaco. Zieglerus, & qui Mappam, id eſt, tabulam in eaſdem cõpoſuit, cum multis alijs admirandis, tum nouis terrę mariſque animalium figuris plenam. Quo nomine noſtra quoque animalium hiſtoria propter marina, quæ mediterranei mirantur, & multa alia peregrina, huic loco adnumeretur.

Symphorianus Camperius eques libellum ædidit de fluuijs & fontibus admirabilibus Galliæ: quem Claudius eius filius è Latino Gallicum fecit.

Antiquæ imagines & inſcriptiones etiã inter admirabilia referantur, de quibus in Hiſtoricis ex profeſſo dicetur: antiqua denique omnia: cum ut peregrina loco, ſic iſta tempore nobis remota, & inſolentia.

Fabulæ etiam, & fabuloſæ & poëticæ hiſtoriæ, huius claſſis fuerint. Fabula enim (inquit Ariſtoteles in libro de poëtica) ex admirabilibus eſt.

Aenigmata quoque non prætereunda hic uidentur: ut rectè admirabilia uel in rebus, uel in hiſtorijs, uel in uerbis (ut fabulas & ænigmata) poſita eſſe definiamus, quæ uel rara, & inuſitata, aut ſaltem quod ad cauſas incognita fuerint. Res quidem ut admirabiles ſint, iucundas etiam eſſe oportet: nam ſupra modũ turpes aut noxias res pręſentes quis admiretur potius, quàm fugiat ac deteſtetur? Quoniam cum contemplatione, & animi immorari deſyderantis uoluptate quadã, coniuncta eſt admiratio. Eaſdem uero abſentes, cum uel pictura uel uerbis ob oculos nobis ponuntur, ut

ſerpentium imagines, nõ illibenter con templamur: ut omnia quæ imitatione conſtant qualiũcunq; rerum, ut ſunt comœdiæ, tragœdiæ & aliæ formæ poëtices. Græci ni fallor τὸ θαῦμα quaſi θέαμα dixerunt, quod quis maxime ſpectare & contemplari uelit. Sed in præſentia de mirabilibus per genera dictũ ſit, ſingulatim uero aliâs.

DE PVRITATE ET ELEgantia linguæ Latinæ, quæ partim in ſingularum dictionum delectu ſpectatur, partim in compoſitione uocum, Titulus XIIII.

ELegantiarum ſcriptores qui fugiendi, ex Iacobi Lod. Strebæi li. 1. cap. 4. Non defuerunt & qui memoriæ literarum componendi leges, & collocandi præcepta mandarent. In illis principatũ obtinuit Auguſtinus ille Dathus, & quidam Petrus Niger, ornamẽtis orationis (ut ſibi uidebatur) admodum candidus. Horum uenuſtatẽ nitoremq; poſteriores uehementer admirati, ſcripſerunt, alij progymnaſmata, alij enchiridia, alij loquendi formulas, alij inelegantes elegantias, alij quaſdam ſuas obſeruationes, quas tum teneræ ætati, tũ mediocriter eruditis perutiles aſſerebanť. Et rurſus paulò poſt. Nullum eorum qui libellos iſtos ædiderunt, artes oratorias aut intellexiſſe, aut ſaltẽ legiſſe contendo. Si fortè legiſſent, nunquam certe quidem commiſiſſent, ut hoc nouum et inſolens & inauditum legũ genus conderent. At præclare nõnulla ſcripſerũt. Quis negare poteſt? Nullus eſt tam malus liber, in quo non ſit aliquid boni: ſed magno conſtitit, quicquid illud fuit. Innumerabiles tum pueros tum uiros bene collocandę dictionis percupidos, nomine facilitatis & nitoris illuſerũt, &c.

Elegantiarum L. Vallæ libri 6. cum libello de reciprocatiõe, Antonij Mancinelli lima, & Aſcenſij compendijs in ſingula capita.

Eiuſdem L. Vallæ, in Antonium Rauденſem adnotationes. Item actus ſcenicus in Poggium Florentinum.

Cenſuræ & annotationes, Io. Theodorici Bellouaci in L. Vallæ libros 6.

Elegantiarum Adipem ex L. Valla Bonus Accurſius concinnauit.

In elegantias L. Vallæ epitome & paraphraſis Deſ. Eraſmi, operum eius Tomo 1. Exiuit etiã ſeorſim aliquoties, & cũ farragine ſordidorũ uerborũ.

In L. Vallam Gybertus Longolius, Aurelius Bionatus.

Elegantiæ portus, Ant. Mancinelli.

Mancinelli Lima in Io. Tortellium.

Elegantiarum flores, Aug. Dathi. Vide Strebæi iudicium ab initio huius Tituli.

In Elegantias Aug. Dathi, Commentarius Iodoci Clichthonei.

Latini ſermonis Elegantiæ per Hadrianum Cardinalem.

Elegantiæ maiores, Iacobi Vuimpfelingij.

Elegantiæ de proprio uſu uocum, Ioachimi Ringelbergij.

Farrago ſordidorum uerborum Cornelij Croci.

De reparatione linguę Latinæ, M. Ant. Sabellicus.

De linguæ Latinæ cauſis libri 13. Iulij Cæſaris Scaligeri.

De Latini ſermonis obſeruatione Ioan. Godſcalcus.

De Latini ſermonis uario modo loquendi; Maturinus Corderius.

Compendiaria uia ad Latine loquendum, Alexandri Citolini.

Latinarum locutionum formulæ tribus libris, Steph. Doleti.

De cõmoda & perfecta elocutione, L. Vitruuij Roſcij.

De proprietate ſermonis Agrætius.

De ſermone, Io. Lud. Viues.

Verbis antiquatis nõ utendum, P. Fauſtus Foroliuieñ. Vide plura in proximo titulo de Imitatione.

De obſtruſis ſermonibus Fulgentius.

De optimo genere interpretandi, Hier. Stridoneñ. Operum eius Tomo 2.

De linguarum translationibus, Steph. Doletus.

Exempla quædam translationis è Græco in Latinum, uide Titulo 15.

De politæ orationis ſolutæ examinatione, Angel. Decemb. parte 69.

Decem uerba ex communi uſu Latine loquen=

loquētium minime Latina, Gel. 8.2.

De literaria politie, Angeli Decembrij libri 7.

Oratoria progymnaſmata Fr. Syluij.

Super Vocabulorū proprietatibus ſeu improprietatib. aduertendis p̱ Guarinum Veroneñ. Ang. Decembrius parte 26.

De proprietate uel improprietate nominum, parte 27.

Verborum, parte 28. Aduerbiorum, parte 29.

De Latinæ linguæ facultate (per Guarinum Veroneñ.) ac de ſermonib. homonymis ſeu æquiuocis, apud Virgilium præcipue, commentatio, &c. Ang. Decemb. parte 30.

¶ *Authores antiqui in tres acies explicati, quorum maxime uerba, elocutionem & ſtilum, poſteriores imitanda ſibi ad elegantius ſcribendum propoſuere. Mutuati autem ſumus diuiſionem hanc ex Baſilij Zanchi uerborum Latinorum Epitome.*

M. Tullius Cicero.
Iul. Cæſar.
Terentius.
Corn. Celſus.
Columella.
Q. Cicero.
A. Hircius.
Cornificius.
Corn. Nepos.
P. Syrus.
Saluſtius.
Author incertus, Libri VI. de bello Hiſpanienſ.
M. Varro.
M. Cato.
Plautus.
Aſconius Pędianus.
Liuius.
Portius Latro.
M. Vitruuius.
Hyginus.
Pōponius Mela.
Rutilius Lupus.
Quintilianus.

¶ *Secunda acies.*

Catullus.
Virgilius, in Luſibus.
Tibullus.
Horatius.
Authores diuerſi, Luſuum in Priapum.
Lucretius.
Propertius.
Ouidius.
Gratius.
Germanicus Cæſar.
Cornel. Seuerus.
C. Pedo Albinouanus.
M. Manilius.
Aug. Cæſar.
Clodius Sabinus.

¶ *Tertia acies, eorum, quorum ſcripta non extant.*

C. Heluius Cinna.
C. Aſinius Gallus.
L. Varius.
Domitius Marſus.
T. Valgius.
Iulius Montanus.
M. Furius Bibaculus.
Cn. Getulicus.

## DE IMITATIONE ET *ſtilo, Titulus* XV.

De ſtili inuentione, Ioan. Petrus Paſcutius.

Authorum quos præcipue imitari conueniat catalogus, proxime iam appoſitus eſt.

De optimo genere interpretādi, Hieronym. Stridoneñ. operū eius Tomo 2.

De optimo genere interpretandi oratores librum promiſit Ioachimus Perionius: Qui & in Ethica Ariſtotelis cōmentarios ſcripſit, ubi de conuertendis Græcis in Latina exempla & præcepta traduntur.

Paraphraſis, metaphraſis, ecphraſis, Cælius 16.27.

De linguarum tranſlationibus Stepha. Doletus.

Quis modus ſit uerba uertendi in Græcas ſententias, deq; his Homeri uerſibus, quos Vergilius uertiſſe, aut bene, apteq;, aut improſpere exiſtimatus eſt, Gellius 9.

Ex ſympoſio Platonis ſumpta uerba numeris coagmentisq; uerborum ſcitè, modulateq; & apte exercendi gratia in Latinā orationē uerſa, Gel. 17. 20.

Videndum quo ſtilo ad quem ſcribas, Marſilius lib. 8. epiſt. 65.

Commendatio ſtili, apud eundem 9.12.

De imitatione ſententiæ Cælij Secundi, & doctorum ferè omnium qui ea de re ſcripſerunt, ſimul excuſæ, Baſileæ apud Oporinum.

De imitatiōe ſtili Bartolemæus Ricius, Cælij Calcagnini commentatio, Gilbertus Cognatus, Io. Franciſcus Picus, Petrus Bembus.

De elocutionis imitatione, Iacob. Omphalius.

Ciceronianus dialogus de optimo dicendi genere, Deſ. Eraſmi Rot. operum eius Tomo 1.

De imitatiōe Ciceroniana dialogus Stephani Doleti.

De alternitate lectiōis & ſtili, & quomodo aliorum per transformationē noſtra facere debemus, Seneca lib. 12. epiſt. 85.

Imitatio potior eſt quàm lectio, Marſil. lib. 1. epiſt. 85.

Virgilius quomodo Homerum & alios imitatus ſit, uide apud Macrobium.

O imitatores ſeruũ pecus, Horatius in arte poëtica.

De furtis poëtarum quædã ex Stromatibus Clementis, cum Heraclide Pontico noſtro Baſileæ excuſa.

De modo ſcribendi apud ueteres, Ant. de Gueuara epiſt. 10.

De ueterũ in ſcribendo breuitate, apud eundem epiſt. 11.

Oratio ſoluta poëticis numeris et modis exornanda eſt, Marſil. lib. 3. epiſt. 3.

Euphoniæ maior ratio habita à ſcriptoribus elegãtiſſimis, quàm regularum, Gellius 13. 19.

Quàm lepide deſignateq́ dixerit Phauorinus philoſophus, quid interſit inter Platonis & Lyſiæ orationem, Gellius 2. 3.

Fruſtra ſcribit, qui ita ſcribit ut à nullo intelligatur, Marſil. li. 6. epiſt. 64.

Quod uerba philoſophi nec accurata debent eſſe, nec arida, Seneca lib. 10. epiſt. 76.

Quod philoſophi oratio magis debet eſſe ſimplex, plana: q̃ cõpoſita & ſolicita, Seneca lib. 16. epiſt. 101.

De utilitate familiaris, breuis, & inelaborati ſermõis, Seneca lib. 5. epiſt. 38.

De differentia ordinarię oratiõis, & breuiarij, Seneca lib. 5. epiſt. 39.

De triplici dicẽdi genere apud ueteres: et quo maxime ſtilo uſi ſint Romani, Hiſpani & Punici authores ex Mirandulæ ſententia, Crinit. 8. 3.

De tribus dicendi generib. Gell. 7. 14.

Quot apud ueteres idiomata celebrent: ac de illorũ inuentorib. Crinit. 17. 1.

Quadruplex loquẽdi figura ueteribus obſeruata grammaticis, priſca, Latina, Romana: demumq́ miſcella ſiue mixta, Cælius 23. 31.

Quod apud noſtros quatuor idiomatũ genera fuiſſe tradantur, priſcum, Latinum, Romanũ, & mixtum, & quo maxime tẽpore floruerint, Crin. 3. 3.

Quib. uerbis in Latino ſermone uti debemus: & quàm uerecunda eſſe debeat in componendis uocibus tralatio, Crinit. 21. 7.

Quod Laberius multa uerba licentius finxit, multisq́ utitur, de quibus an ſint Latina quæri ſolet, Gellius 16. 7.

De licentia fingendi noua uocabula, Horatius in arte poëtica, non multo poſt initium.

De uerbis quibuſdã nouis, quæ in Cnei Matij Mimiambis offẽderamus, Gellius 15. 25.

Priſca quædam uocabula, Gellius 19. 7.

Quibus uerbis compellauerit Phauorinus philoſophus adoleſcentem, uetuſte nimis et priſce loquentẽ, Gel. 1. 10.

De exauctoratis obſoletisq́ uerbis: Tũ recte ac Latine dici, mille uerborum eſt, Macrobius Saturnal. 1. 5.

Verbis antiquiſſimis, relictisq́ & deſitis minime utendum, Gellius 11. 7. P. Fauſtus Foroliuien.

Quid ſit repandiroſtrum & incuruiceruicum pecus, ex Pacuuio apud M. Varronem, &c. Crinitus 19. 5.

Quod his maxime uerbis ſe oblectari Politianus dicebat, ut ſunt, reciprocicornes arietes, et beſtiæ exungues, & excornes, & alia ibidem addita, Crinitus 2. 13.

Anquito et Anquiſitiones, uocabula eſſe Romana & honeſta, quibusq́ authoribus id aſſeratur, contra quorundam inſcitiam, Crinitus 1. 14. Grammatici ſanè perpaucos Romanè ſcripſiſſe aiunt, ut Cæſarem & Horatiũ, alios omnes Latinè.

Ciconia pietaticultrix, gracilipes. Cochlea domiporta, φερέοικος. Huiuſmodi multa ſunt apud Græcos poëtas epitheta, ut in batrachomyomachia Homeri, & in comœdijs Ariſtophanis, ὀρθοφοιβοσυκοφανδιλικοταλαίπωρος, &c.

De barbaris uocabulis organorũ apud Latinos, Politian. 1. 14.

Quod Latini etiam Græcis utantur, ibidem.

Quam ob cauſam M. Cicero his omnino uerbis, nouiſſime & nouiſſimus, uti obſeruãtiſſime uitarit, Gel. 10. 21.

De ſynonymis dictũ eſt Titulo 9. & 10.

ΠΟΛΕΜΙΚΑ, SIVE CONTRARIA *noſtri ſæculi grammaticorum ſcripta*, Titulus XVI.

IN Bartolemæum Facium Recriminationum libri 4. Laur. Vallæ.

Contra

Contra Laurentium Vallam inuectiuæ duæ Benedicti Morandi.
In Laurentium Vallam, Pogij libri 2.
In Pogium, Antidotum L. Vallæ.
Cornelius Vitellius in Merulam.
Modeſti diſputatio contra Merulam.
Contra Deſ. Eraſmũ Rot. Gaudentius Merula.
Steph. Doletus contra Deſ. Eraſmum pro imitatione Ciceroniana.
Contra Brotheum grammaticum, Domitius Calderinus.
Bellum Eraſmianũ Gaudentij Merulæ.
Contra Galeotum, Georgius Merula.
Cicero relegatus, Hortenſij Tranquilli dialogus.
Ioan. Tortellij lima quædam Antonij Mancinelli.
Contra Ioannẽ Calphurnium Raphaël Regius.
Contra barbaros philoſophos, Hermolaus Barbarus.
Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt.

## TITVLVS XVII. DE *Dialogis.*

Dialogorum etiam ordo ad Grãmaticam pertinere uidetur. Quãquam enim uarij argumenti dialogos ueterũ & recentiorum, quiq; ad diuerſas ſcientias referri debeant, habeamus: omnes tamen ferè familiarium colloquiorum formulas, & Latinæ linguæ exempla continent. Primo igitur loco recenſebimus illos, qui ad Latinitatis rudimenta & exercitia de induſtria cõpoſiti ſunt, mox reliquos cuiuſcunq; argumenti.

Quis dialogos primus introduxerit, Pōlydorus 1. 16.
M. Tullij Ciceronis de amicitia & ſenectute libri, & alij quidam, certis perſonis colloquentibus ſcripti ſunt.
Deſ. Eraſmi Roterodami colloquia familiaria, cum ſcholijs ſolitis, & quibuſdam antehac non uiſis, & indice. Ioan. Gymnicus impreſſit Coloniæ 1534. forma enchiridij, chartis 33.
Familiaria quędam Colloquia, ex D. Eraſmi Rot. Colloquijs ſelecta, ad utilitatem puerorum Latine diſcentium, Froſchouerus Tiguri excudit in 8. Impreſſi ſunt etiam ſeorſim Baſileæ colloquia quædam ſelecta.
Ciceronianus dialogus Deſ. Eraſmi.
Dialogorũ libri 4. Sebaſt. Caſtalionis, pro formandis morib. & lingua puerorum Sebaſtiani Caſtalionis.
Pædologia, dialogi 37. Petri Moſellani.
Dialogi 12. pueriles Chriſtophori Hegendorphini.
Colloquiorum puerilium formulæ Sebaldi Heyden.
Dialogi Alani Varenij.
Latinæ linguæ exercitatio, Io. Ludouici Viuis.
Colloquij quotidiani ſylua, Ioan. Piniciani.
Colloquia XI. Io. Iouiani Põtani, inſcriptione Aſini, quibus in cuiuſdam ingratitudinem clam inuehitur. Eiuſdem Antonius, Actius, & Aegidius dialogi, quorum Argumenta habes in primo Tomo.
Dialogi Io. Alexandri Braſſicani.
Dialogi Ionæ Philologi.
Confabulationes literatorum, Hermanni Schottenij.
Dialogi Stephani Nigri.
Dialogus (aliàs dialogi) Beroaldi.
Dialogi 9. Cælij Calcagnini.
Dialogi Maphæi Vegij.
Lupa dialogus Iacobi Cauæi.
Dialogus Leoniceni.
Oſci & Volſci dialogus, M. Angeli Petri, impreſſus.
Stylpho dialogi 5. Iaco. Vuimpfelingij.
Bombylius ſiue dialogus iocularis Arnoldi Madiri, per actus in modum cõmœdiæ diſtinctus.
Actus ſcenicus in Pogium, Laurentij Vallæ.
In Io. Calphurnium dialogus Raphaëlis Regij.
Dialogi tres noſtri de caſtrandis impudicis ueterum ſcriptis, excuſi Tiguri cum Martiale per nos caſtrato, & in locos digeſto.
Dialogus obſcurorum uirorum.
Dialogus bilinguium & trilinguium, Huldrychi Hutteni.
Dialogus Sylla, authore Tranquillo.
De metallis Georgij Agricolæ dialogus.

De ſimplicibus medicamentis Antonij Muſæ dialogi.

Dialogus de modo legendi Hebraice, Pauli Paradiſi.

Colloquium Iudæi & Chriſtiani per Sebaſtianum Munſterum Hebraice & Latine conſcriptum.

Grecorũ dialogos aliquot, & à quibus in Latinam linguam transfuſi ſint, in Grammaticis Græcis dicemus.

Comœdiæ etiam, Tragœdiæ, eclogæ, & huiuſmodi dramatica poëmata, dialogi quidam ſunt, ſed metrici, de quibus in Poëtica.

Dialogi Italici perquàm eruditi Io. Baptiſtæ Gelli: quibus & alia quædam inſunt, & uaria ad religionem pertinentia.

### TITVLVS XVIII. DE epiſtolis. *Cuius partes ſunt 3.*

PRimum de epiſtolis conſcribendis. Deinde exempla ſecundũ diuerſa epiſtolarum genera, quæ in Marſilij Ficini epiſtolis ferè inueniunt, doctis omnino & argutis, quod ſentẽtias attinet: Inſunt etiam ex Plinij & Ouidij epiſtolis nonnulla. In Ciceronis & aliorum epiſtolas exempla cur nulla adſcripſerim, excuſabo fortè ſi quis accuſet: niſi toti huic operi communis excuſatio, uidelicet multitudo negotiorum ex profeſſione mea & alijs rebus, quo minus ipſe hęc & alia abſoluerem: et rerum inopia, quo minus per alios id fieri curarem, ſtudioſis Lectorib. ſatisfecerit. Atqui ne toties eandem rem excuſando, tædioſus Lectori ſim, & tam ſæpe repetitæ excuſatiões uel nouo excuſandi genere cauſam ſuſcipere cogar, deſinã in poſterum, & ſimpliciter qualiacunq; habebo Lectoribus proponam.

Tertio loco epiſtolarum ſcriptores aliquot Græcos & Latinos literarum ordine nominabo.

*De conſcribendis Epiſtolis, pars 1. Authorum nomina ordine alphabeti digeruntur.*

Andreas Diether Auguſtanus ædidit Theſaurum contexendarum epiſtolarum, ex epiſtolis Ciceronis familiaribus ad Atticum, & orationib. &c.

Antipatri præſtantia in ſcribendis epiſtolis, Cælius 21.33.

De modo ſcribendi apud ueteres, Ant. de Gueuara epiſtola 10. De breuitate ueterum in ſcribendo, idem epiſtola 11.

Antonij Mancinelli modus ſcribendi, præſertim epiſtolas, & orandi.

Auguſtinus Morauus de componendis epiſtolis.

Chriſtophorus Hegendorphinus de cõſcribendis epiſtolis.

Conradus Celtes de condendis epiſt.

Demetrius Phalereus de componendis epiſtolis Græce ſcripſit.

Deſ. Eraſmi Roterodami ratio ſcribẽdi epiſtolas. In eandem compendium per Ioan. Monhemium.

Fereti de modo epiſtolandi liber impreſſus.

Franciſcus Niger de modo epiſtolandi.

Gilbertus Cognatus Nozerenus de epiſtolis conſcribendis.

Henricus Bebelius de ſcribendis epiſtolis.

Iacobi Poblici Epitome epiſtolandi.

Ioan. Deſpauterij ars epiſtolica.

Ioan. Ludou. Viues de epiſtolis conſcribendis.

Ioan. Petri Paſcutij de cõponenda epiſtola tractatus.

Iodoci Badij compendium de compoſitione epiſtolarum.

Libanius de cõſcribendis epiſtolis Græce, Vuolfgango Anemœcio interprete: item Pontico Virunio.

Τύποι ἐπισαλτικοί, hoc titulo extat libellus Græcus, haud ſcio an diuerſus à Libanij libello.

Philippus Beroaldus de ſcribendis epiſtolis.

Procli Sophitæ liber Græcus de epiſtolico charactere, habet Romæ in Vaticana.

*Exempla ſecundum diuerſa epiſtolarum genera, quæ pars ſecunda eſt Tituli de epiſtolis.*

Aduentoria epiſtola, & aduentores, Cælius 28.3.

¶ *Epiſtolæ quædam familiares.*

Satis ad unum ſcribit amicum, qui cun ctis ſcribit amicis, Marſilius Fic. epiſtolarum lib. 9. epiſt. 5.

Sua mittēda ſunt ad ſuos, Marſil. 1. 129.

Et ſi literis quandoq;, nunquam tamen animo ab amicis abeſſe licet, Marſilius 7. 3.

Literis acceptis non reſpondere quàm uitioſum ſit, Anto. de Gueuara epiſtola 13.

Quod neceſſariæ epiſtolę inter amicos, Marſilius 1.33.

Quod iucundæ amicorum literæ, Marſilius 1.35.

Rationes negotiorū ſuorum amico red dendæ, Marſilius 11. 10.

Negotioſum uirum non eſſe temere interpellandum, Marſilius 7. 40.

Malo meis literis mēte reſpōderi quàm manu, Marſilius 5. 31.

Loquitur epiſtola authoris incōmoda, Ouidius Triſtium 5.

¶ *Petitoriæ & commendatoriæ epiſtolæ.*

Petitio auxilij in publicis onerib. Marſilius 10. 21.

Honeſta exactio ab amico, Marſil. 8. 29.

Petitio commendatioq; artificioſa, Mar ſilius 7. 37.

Commendatio non uulgaris, Marſilius 6. 59. & 60.

Commendatio amici, Marſilius 6. 49. & 8. 31. Amici apud regem, 8. 55. Clientis apud magiſtratum, 12. 28. Cōmendatio, 11. 16.

Laudes amici, Marſil. 11. 21.

Commendat quos expertus eſt, C. Plinius lib. 10. epiſtolarum.

Cōmendatio amici nomine philoſophi, Marſil. 8. 35. Literati literato, 10. 10.

Pro adoleſcentibus è Sueuia miſſis ad Academiam Florentinam, 11. 7.

Tunc maxime cōmendas aliquem, cum oſtendis illius eſſe cui commendas, Marſilius 4. 37.

Laudare præſtat beneuolentiam quàm ingenium, Marſilius 1. 64.

Commendatio diligentiæ, Marſil. 10. 18.

Commendatio ab egeſtate & dignitate, Marſilius 1. 66.

Commendatio à fortuna quondam felici, innocentia, ſcientia, Marſil. 1. 101.

Cōmendatio breuis in cauſa iuſta, Mar ſilius 12. 21.

Commendatio cauſæ, Marſil. 10. 5.

Ad commendationem pertinentia plura uide in Rhetorica in genere demonſtratiuo.

¶ *Excuſatoriæ epiſtolæ.*

Excuſat amicum, quod ab eo literas nō acceperit, Ouidius Triſtium 4.

Ad amicum, quod nihil literarū daret, cum faceret cætera, Ouid. Triſtiū 5.

Iocoſa aduerſus ſilentium diuturnum, Marſilius 9. 23.

Purgatio de tarda ſalutatione, Marſilius 12. 32.

Excuſatio ubi ſerius reſpōdemus, Marſilius 5. 43.

Purgatio circa ſalutationē non frequentatam, Marſilius 10. 22.

Purgatio tarditatis in reſpondēdo, Mar ſilius 10. 20.

Excuſatio quando non ſalutatur amicus, Marſilius 7. 6.

Iocoſa, ex eo quod ſalutaturus non ſalu tauit, Marſilius 8. 59.

Purgatio poſtquam diu non ſcripſeris, Marſilius 8. 39.

Excuſatio diuturni ſilentij, Marſilius 5. 39. & 7. 34 & 8. 28. & 12. 13. & 8. 18.

Purgatio de literis non redditis, Marſilius 11. 6.

Amatoria ſilentij purgatio, quando lite ris non reſpondemus, Marſil. 7. 4.

Purgatio quando nō ſalutas corām, ſed literis, Marſilius 8. 41.

Excuſatio quādo breuius reſpondetur amicis, Marſilius 8. 14.

Purgatio de breuitate ſcribendi ad ami cum, Marſilius 8. 30.

Excuſatio prolixitatis, Marſilius 1. 7.

Excuſatio obſequij non collati, Marſilius 8. 9.

Excuſatio de libro aſtronomiæ ſerius reddito, Marſilius 5. 38.

Excuſatio de itinere non ſuſcepto, Mar ſilius 9. 6.

¶ Inuitatio ad ſcribendum, Marſilius 1. 22. & 1. 32.

¶ *Familiares iterum, & Amatoriæ.*

Ad ſodalem quendā, Ouid. de Ponto 3.

Ad amicos, Ouidius ibidem.

Ad amicũ quo familiariſſime uſus eſt, Ouid. Triſtium 3.

Ad amicũ, pro cuius nomine ſigna ponit, Ouidius Triſtium 4.

Iocoſa ad Ioãnem inuitatio ad reditum per diſſimulationem, Marſilius 1. 29.

Declaratio amoris unici, Marſil. 10. 19.

Amatoria, Marſilius 1. 27. & 1. 24.

Inſinuatio quædam in amicitiam, Marſilius 8. 53.

Reſponſio ſuper rebus nonnullis familiaribus, Antonius de Gueuara epiſtola 150.

AMATORIÆ epiſtolæ iuuenũ ad puellas, maritorum ad uxores, & contra, uide in Ethicis, ubi de amore.

¶ *Gratulatoriæ.*

Congratulatio, Marſilius 8. 49.

Congratulatio ob magiſtratum, Marſilius 3. 6.

Gratulatoria ob imperium epiſtola C. Plinius lib. 10.

Gratulatoria ob uictoriam, ibidem.

Pro Harpocrate impetratæ ciuitatis Alexandrinæ gaudium, C. Plinius lib. 10. epiſtolarum.

Gratulatio ꝓ literis diu expectatis, Marſilius 12. 35.

¶ *Gratiarum actiones.*

Gratiarum actio, Marſilius 1. 23. &. 8. 46. & 11. 17. & 11. 13. & 11. 18. & 1. 123.

Iocoſa gratiarum actio, Marſilius 9. 20.

Gratias agit imperatori, C. Plinius lib. 10. epiſtolarum: & rurſus ibidem.

Gratias agit pro impetrato iure trium liberorum, C. Plinius ibidem.

Gratiarum actio pro indulgentia in clientem impetrata, Marſilius 12. 29.

Gratiarum actio pro patrocinio nobis exhibito à principe, Marſilius 10. 17.

Gratiarum actio pro Bacchi dono, Marſilius 12. 19.

Reſpõſio pro dono argẽtei calicis, Marſilius 11. 2.

In dono argentei calicis, Marſilius 11. 2.

¶ De epiſtolis pars tertia, epiſtolarũ ſcriptores Græcos & Latinos ordine literarum enumerat, qui quidem feſtinantibus nobis in mentem uenerunt: nam ſi qui hic omittantur, modo alio in titulo, cuius argumento conueniunt, memorentur, uitio dari non debet.

Epiſtolæ Græcæ 177. ſummorum authorum, impreſſæ Venetijs apud Aldũ olim in 4. Nos ſingulorum nomina ſuo ordine ſubiungemus.

Epiſtolæ Italicæ doctorũ aliquot in Italia uirorum, excuſę nuper apud Paulum Aldi filium in 8.

Aeneæ Sophiſtæ epiſtolæ Græcæ 24.

Aeneæ Syluij epiſtolarum opus, uarij prorſus argumenti.

Aeſchinis epiſtolæ Græcæ.

Alexandri Bondini epiſtola Græca.

Angeli Politiani, & aliorum inſignium uirorum, epiſtolarum libri 12. Vide Tomo 1. Commentarij in eoſdem Iodoci Badij, & Franc. Syluij.

Antonij Codri epiſtolæ.

Antonij de Gueuara epiſcopi Hiſpani epiſtolæ uarię in ſacris ꝓfaniſq́;, &c. ex Hiſpanico ſermone in Italicũ uerſæ per Dominicum Gatzulum.

Antonij Panormitæ epiſtolæ.

Apollonij Tyanei Græcæ epiſtolæ, & aliorum, uide Tomo primo.

Aurelij Auguſtini epiſtolæ, uaria argumenta tanquam locos communes tractant.

Auguſtini Dathi protonotarij epiſtolarum libri 3.

Baldaſaris Raſini epiſtolæ.

Baſilij epiſtolæ.

Bedæ epiſtolarum liber ad diuerſos.

Belliſarij epiſtolæ Græcæ.

Bernardi Iuſtiniani epiſtolæ.

Bilibaldi Pirchameri epiſtolæ ad Charitatem.

C. Batti Parmenſis epiſtolæ.

Cælij epiſtola ad Ciceronem lib. 10. ad Atticum.

Cælij Calcagnini Epiſtolicarum quæſtionum libri 3. & familiarium epiſtolarum libri 13.

Cælij Sedulij epiſt. plures ad diuerſos.

C. Cæſaris epiſtolæ quædam lib. 9. & 10. epiſtolarum Ciceronis ad Atticum.

C. Plinij Cæcilij Secundi epiſtolarum libri 10. In eoſdem Annotationes Iacobi à Cruce, & Commentarius Io. Mariæ Catanæi.

Campani epiſtolæ.

Caroli cuiuſdam epiſtolæ.

Chionis

Chionis Platonici epiſtolæ Græcæ.
Chriſtophori Longolij epiſtolarũ lib. 4.
Cnei Pompeij epiſtolæ aliquot, libro 8. epiſtolarum Ciceronis ad Atticum.
Conradi Leontorij epiſtolarũ opus ad diuerſos.
Cyrilli epiſtolæ Græcæ.
Decij Auſonij epiſtolæ carmine, & ꝓſa.
Demoſthenis epiſtolæ Græcæ.
Deſ. Eraſmi Roterodami Epiſtolarum libri 28. Tomo 3. operum eius. Epiſtolarũ Eraſmi partes quatuor Gymnicus excudit Coloniæ, chartis 24. Studioſus quidam excerpſit epiſtolas familiares ex toto epiſtolarũ Deſ. Eraſmi opere, quæ ob ſingulare͂ elegantiam adoleſcentium ſtudijs & captui accommodatæ uidebantur. Impreſſæ ſunt in 8. Baſileæ apud Vueſthemerum, 1541. chartis 46. Prolixiores Eraſmi epiſtolæ, ut quas ſcripſit ad Eleutherium, ad fratres Germaniæ inferioris, ad Gruniũ, aduerſus pſeudeuangelicos, ex argume͂to & prolixitate libri potius appellandi, non uidentur huius loci eſſe.
Dionyſij Rickel epiſtola ad principes.
Dionyſij Sophiſtæ epiſtolæ 4.
Elyſij Calentij epiſtolæ.
Euthidij, ſi bene legitur, epiſtolæ.
Flauiani epiſcopi Conſtantinopol. epiſtolæ.
Franciſci Octauij epiſtolæ.
Franciſci Petrarchæ epiſtolarum lib. 8.
Franciſci Philelphi epiſtolarum Latinarum libri 16. aliâs 37. Græcarũ, lib. 39.
Franconis, GARDIANI, GASPARINI, GEORGII Merulæ, epiſtolæ.
Georgij Antiocheni epiſtolæ.
Georgij Trapezuntij epiſtola ad Manuelem, & aliæ quædam.
Geraſini cuiuſdam epiſtolæ: nimirum Nicomachi Geraſeni.
Gulielmi Budæi epiſtolę Latinę & Græcæ 27. In priores & poſteriores Budæi epiſtolas annotatiões Iacobi Tuſani.
Helij Eobani Heſſi epiſtolarum lib. 12.
Heracliti epiſtolæ Græcæ.
Hermanni Comitis à Nuenare ſiue Noua aquila epiſt.
Hermolai Barbari epiſtolæ.
D. Hieronymi epiſtolæ. Ex eiſdem ſelectas ſententias Gymnicus impreſſit Coloniæ.
Iacobi Picolomini Cardinalis Papienſis epiſtolæ.
Ioannis cuiuſdã epiſtolæ Græcæ ad Innocentium, Venetijs ad S. Antoniũ extant.
Ioannis epiſcopi Antiocheni epiſtolæ.
Ioannis Altenſteig epiſtolæ.
Ioannis Balbi epiſt.
Ioan. Criſpi epiſtola.
Ioan. Chryſoſtomi epiſtolæ.
Ioan. Pici Mirandulani epiſtolę plures.
Ioan. Trittemij epiſtolarũ familiarium libri 2. ad epiſcopos, principes, & doctos aliquot uiros.
Iſidori epiſtolæ ad diuerſos.
Iſocratis epiſtolæ.
Iuliani epiſtolæ quædam Græcæ: aliâs Iuliani apoſtatæ.
Iuſtiniani epiſtolæ.
Leonardi Aretini epiſtolarum libri 8.
Leonis epiſcopi Romani epiſtolæ.
Leonardi Iuſtiniani epiſtolæ.
Libanij epiſtolæ Græcæ ſupra 400. Eædem Latinæ factæ ſunt à quodam.
Luciani epiſtolæ Saturnales. Translatæ ſunt à Deſ. Eraſmo.
M. Antonij Sabellici epiſtolarũ lib. 12.
M. Bruti epiſtolæ Gręcæ: & Latinæ Rainutio Florentino interprete.
M. Cælij epiſtolæ 18. ad Ciceronem.
¶ M. T. Ciceronis epiſtolarum familiarium libri 16. Tomo 3. operũ eius: In omnes Ciceronis epiſtolas Annotationes Pauli Manutij.
In Ciceronis epiſtolas ſimpliciter ſcripſiſſe inuenio Baptiſtã Guarinum, Gaſparinum, Domitium Calderinũ, & Io. Baptiſtam Egnatium.
In Ciceronis epiſtolas Philip. Beroaldi præfatio.
In familiares epiſtolas Ciceronis, Hubertinus Creſce͂tinas, Ioachimus Camerarius, Iodocus Badius, Sebaſtianus Corradus, Martinus Phileterus, Petrus Victorius, Georgius Merula, Vbertinus Clericus, Iacob. à Cruce, Chriſtophori Hegendorph. Scholia, Philippi Melanchthonis argumenta & ſcholia. In difficiliora loca,

Lucius Ioan. Scoppa.

In epiſtolas ad Q. fratrem, Io. Tislinus.

M. T. Ciceronis ad T. Pomponium Atticum libri 16. Tomo 3. operũ eius: Commentarij in eas extant, Iodoci Badij, & Ioan. Baptiſtæ Pij: & breues opinor annotationes Sebaſtiani Corradi. Antonius Goueanus in duos priores libros tantum cõmentarios ædidit. Audio etiam aliquid à Paulo Manutio in eas ſcriptum eſſe.

Epiſtolæ ſelectæ ex Cicerone, excuſæ Argentorati, & Coloniæ apud Gymnicum.

In Floſculos epiſtolarum Ciceronis, Georgius Valaguſa.

Omnium ferè generum epiſtolas ex Cicerone collegit Vuolfgangus Anemœcius.

Familiares Ciceronis epiſtolas Gallicè reddidit Stephanus Doletus, et alius quidam ante ipſum, ſed inſeliciter.

¶ Marij Philelphi epiſtolæ.

Marſilij Ficini epiſtolarũ uolumen, ex quibus pleræq; in philoſophia Platonis, paucæ familiares ſunt.

Matthæi Boſſi epiſtolæ 465.

Meleſermi epiſtolarum conuiualium liber 1. Eiuſdem, epiſtolarum ruſticarum liber 1. Eiuſdem, epiſtolarum meretriciarum libri 14.

Michaëlis Byzantij epiſtolę cum gloſſis Andronici.

Michaëlis Gabriæ epiſtolæ Græcæ.

Michaëlis Toxitæ epiſtola ad epiſcopũ Colonieñ.

Nicolai Perotti epiſtolæ.

Nicolai Secundini epiſtolæ Græcæ.

Paulini epiſtolæ.

Pauli Niauis epiſtolæ.

Petri Bembi epiſtolæ.

Petrus Cholinus noſter multas utraq; lingua epiſtolas doctiſſime conſcripſit, dum iuuenis ſe exerceret: quarũ nihil publicatum eſt.

Petri Schoti Argẽtinenſis, epiſtolarum uolumen.

Phalaridis tyranni epiſtolæ Græcæ.

Philippi regis ad Ariſtotelem philoſophum ſuper Alexandro recens nato epiſtola, legitur apud Gellium lib. 9. cap. 3.

Philoſtrati Athenieñſis epiſtolæ Græcæ.

Philippi Melanch. ad Venetos epiſtola.

Pogij Florentini epiſtola.

Pomponij Læti epiſtola.

Q. Ciceronis ad M. Tullium Ciceronẽ fratrem epiſtola.

Rodolphi Agricolæ epiſtolæ.

Stephani Doleti epiſtolarum libri 2.

Symmachi patricij epiſtolæ.

Syneſij epiſtolæ Græcæ.

Excerpta ex epiſtolis Phalaridis, Bruti, Syneſij, Plethonis, Platonis, Plutarchi, Venetijs extant Græce apud S. Antonium.

Cum epiſtolis, ſiue præfationibus & nuncupationibus pauci ueterum libri prodiuerunt, hodie nullus ferè abſq; illis in publicum exit: ſiue quod ambitioſius & auarius hoc ſeculũ eſt: ſiue quod cum excuſi magis quàm olim manuſcripti publice ſpargantur, præfationibus huiuſmodi magis indigere uideantur. Multæ ſanè diuerſis libris doctiſſimæ præfiguntur epiſtolæ, ſiue ſenſa, ſiue dictionẽ perpendas: quantũ enim quiſq; ingenij & artis habuerit, qui in librum aliquem publicandum præfatur, id omne ferè in frontem iſtam & primam uelu ti aciem conferre ſolet, ut longè accuratius huiuſmodi quàm cætera ſcripta excolantur.

Epiſtolæ diuerſorũ excellentiũ uirorũ, Italicę, impreſſę Venetijs apud Aldũ 1545. in 8. Librum ſecundũ duntaxat uidi, ſeorſim excuſum chartis 16.

Epiſtolas aliquot carmine ſcriptas nominabimus libro 4. de poëtica Titu. 7. parte 1.

## DE LINGVIS DIVERſis, *Titulus* XIX.

De linguis in genere, dictum eſt Tituli primi parte 11.

Barbara uocabula uocant, quæcũq; Græca uel Latina non ſunt. Sed quoniã quæ ad trium clariſſimarum linguarũ, Latinæ inquam, Grecæ, & Hebraicæ rationem Grammaticam pertinent, ſuo quæq; ordine perſecuti ſumus, de cæteris linguis, quæ uel omnino barbaræ ſunt, id eſt, cum Græca & Latina commune nihil habent, ut noſtra Germanica: uel ſolœcæ, quales ad Latinam ſunt, ab ea

ab ea corruptæ, Italica, Hiſpanica, Gallica: & ad Græcam ueterem, ea qua hodie utunt, ſeorſim aliquid dicendū eſt.

De linguarum uarietatis origine, Polydorus Virgilius 1. 3.

De barbaris uocabulis organorū apud Græcos, Politianus 1.14.

Georgij Vuicelij libellus Germanicus quo explicat etyma propriorum nominum diuerſarum linguarum, quæ Chriſtianis in baptiſmo imponi ſolent. Nos etiam multa in primo Tomo ordine alphabeti explicauimus.

Guilhelmus Poſtellus de characteribus & lectione 12. linguarum, uidelicet Hebraica, Chaldaica: Chaldaica recentior, quam à tranſitu fluminis uocant: Samaritana, quæ priſca Hebraica eſt: Arabica uel Punica, cuius integram grāmaticam ſub cōpendio tradit: Indica, Græca, Georgiana, Tzeruiana, Hieronymiana uel Illyrica, Armenica, Latina.

De barbaris uocabulis organorū apud Græcos, Politianus 1. 14.

Dictionarius ſex linguarum, Latinæ, Gallicæ, Italicæ, Hiſpanicæ, Anglicæ, & Teutonicæ, authoris innominati. Liber impreſſus eſt Norimbergæ 1541. in 8. apud Ioā. Guntherum, ſecundum claſſes rerum diſtinctus.

Dictionarius Latinis, Gallicis, & Germanicis uocabulis conſcriptus. Balthaſar Beck impreſſit Argētinę 1527. in 4. Cephalæus ibidē 1540. char. 6.

Lexicon Latinogallicum pro pueris, nuda tantum uocabula, nec ullas phraſes aut exempla authorū proponens, Robertus Stephanus excudit Pariſijs in 4. Io. Friſius noſter Gallicæ uocum interpretatiōi Germanicam quoq; addit, ut trilingue Lexicon ſit, quod breui ſpero hic imprimetur.

¶Lexicon Symphonū Sigiſmundi Gelenij, quo quatuor linguarum, Græcæ, Latinæ, Germanicæ & Sclauinicæ concordia conſonantiaq; indicaẗ.

Multos libros audio Venetijs excudi, in Tzeruiana & Illyrica linguis, ut in illis regionibus diſtrahantur.

Dictiones Gallicæ ordine alphabeti, ita ut ſcribi orthographice debent Latine redditæ pro pueris, libellus Gallicus, chartarū puto 14. impreſſus Pariſijs à Roberto Stephano.

Ioannis Droſæi partitiones grammaticæ quadrilinguis, Latinę, Græcę, Hebraicæ, & Gallicæ. Docet autē in ſingulis, literas, ſyllabas, dictiones, & orationem. Dictionum coniugationes & declinationes.

Stephani Doleti orator Gallicus. Idem Ciceronis epiſtolas familiares Gallice reddidit. Sed extra oleas, quod aiunt, feror: non enim inſtitueram alienis linguis conſcriptos libros, niſi quantum ad grāmaticam, nominare. Libellus cōiugationum Gallicarum æditus eſt Lutetiæ ex officina Roberti Stephani.

In omnibus ſanè linguis Barbaris ſi quis articulos teneat, quibus nominum inflexus continetur: & unius aut alterius uerbi coniugationē, & uerba ſum & habeo: quibus ferè præterita & futura in actiuis, & paſſiua integra circumſcribuntur, maximam artis portionem habuerit, cui ſi uſus aliquis adiūgatur, facile quæuis lingua addiſcetur.

In linguam Gallicam Iſagoge Iacobi Syluij.

Petri Cholini Grammatica linguæ Gallicæ, Latine ſcripta.

Iacobi Syluij grāmatica Latinogallica.

De linguæ Gallicæ punctis & accentibus, Stephanus Doletus.

De Gallicæ linguę differentijs, Carolus Bouillus.

De uitijs uulgarium linguarum, idem.

Lexicon Latinogallicum, Roberti Stephani, & rurſus Gallicolatinū. Adijciuntur quidē etiam Theſauro, pulcherrimo et maximo dictionario eius opera excuſo, paſſim dictiones Gallicæ: ſed multo plures, & ex profeſſo ubiq; in compendio Theſauri.

Franciſci Alumni Dictionarium Italicum, ex libris Boccatij, &c. totū Italice ſcriptum.

Oratio ꝑ defenſione Hetruſcę linguæ, Alexandri Citolini.

Dictionarium Latinoitalicum L. Ioan. Scoppæ, ordine alphabeti, cum indicibus copioſis Italicorū uocabulorū.

De lingua Italica uulgari ſeu Tuſcana Bernardini Tomitani libri 3. Italice ſcripti.

Olim Chriſtophorus Landinus, nunc Ieſualdus, Velutellus, Fauſtus, Molzas, & plærique alij diligenter linguæ Hetruſcæ præcepta ſuis hominibus explicant, teſte Guilielmo Poſtello.

Gaſparini Bergomenſis uocabularium Latinoitalicū, ſecundū claſſes rerum.

Proſa Petri Bembi, liber Italicus, quod ad grammaticam eius linguæ in ſoluta oratione.

Alberti Achariſij grāmatica Italice ſcripta, ſecundum partes orationis, optima & breuiſſima.

Franciſci Fortunij regulæ grammaticales Italice ſcriptæ.

Petri Borranæ corona pretioſa, ubi è regione ponuntur Vocabula Latina, Italica, Græca uetera, & Græca quorum hodie uſus eſt. In Græca lingua uulgari, libri quidā Venetijs impreſſi ſunt, ego Iliadem uidi uerſibus politicis ſiue homœoteleutis, & Leonardi Fortij de inſtrumentis bellicis libellum. Tantum autē à ueteri Græca receſſiſſe uidetur, quantum Italica uulgaris à Latina ueteri.

¶ Puerilium colloquiorū formulæ, Latina, Bohemica & Teutonica lingua conſcriptæ, libellus impreſſus Noribergæ 1541. in 8. chartis 5.

Germanicæ & Bohemicæ linguæ uocabula, & locutiones familiares. Item Via ex Praga Noribergā aut Viennam uſque, libellus ibidem impreſſus 1541. in 8. chartis 3. Bohemicam linguam affinē eſſe audio Illyricæ, Vandalicæ, Polonicæ, Bohemicam Polonicæ preferunt utpote grauiorem, ut Germanicam ſuperiorem inferiori.

Vocabularius uagantiū. Liber impreſſus olim in 4. Argentorati puto: in quo mendicantium uarij ordines & fraudes, & uocabula ficta, quibus inter ſe colloquuntur, explicantur.

Otfridi Vuiſenb. grāmatica TEVTONICAE linguæ.

Grammaticam patrij ſermonis Teutonici Carolus Magnus inchoauit, & reperiuntur adhuc eius fragmenta: & uolumina quædam ſecundū eius regulas compoſita.

Eraſmus Stella meminit linguæ Prutenicæ, quæ illis olim peculiaris fuit, iam uero tota in Germanicam abijt, tota enim Braſſia colonia Germanorum eſt. In Sudouia quidā adhuc ea lingua loquuntur.

Ladislaus Suntheimus deſcripſit linguā uulgarem per Germaniā ſuperiorē.

Petrus Cholinus & Io. Friſius Dictionarium Latinogermanicum copioſiſſimum concinnauere, quod Latina uocabula et phraſes attinet Roberti Stephani Theſaurum, ſiue eius compendium imitati, adiectis etiā nonnullis.

Vocabularium Gemma gemmarum, et alterum Ex quo inſcriptum, Latinas uoces Germanice interpretanť. Barbara. Gemmā gemmarum Knoblochus Argentorati excudit 1520. in 4. chartis 35.

Petri Daſypodij Dictionarium Latinogermanicum, & uice uerſa Germanicolatinum, uocabulis proprijſſime redditis, iam ſæpius ab authore auctum: adiectis etiam claſſibus iuxta rerum naturæ ordines.

Ioan. Serrani Dictionarium Latinogermanicum.

Sebaldi Heiden nomenclaturæ rerum, Latinę & Germanicę: item Vuenceſlai Brack, & Ioan. Piniciani: item Eliæ Leuitæ, Latinæ, Germanicæ & Hebraicæ.

Ioan. Pinicianus de 8. partibus orationis cum Germanica interpretatione uocabulorum.

De Arabicis & Chaldaicis, uide infra in Hebraicis.

Artæi qui apud Perſas, Leonicenus 3. 41.

Ael. Donati rudimenta, cum interpretatione Germanica excuſa.

Vocabularium Latinum, Gallicum & Germanicum, Argentorati apud Cephalæum.

Vocabularius dictiões Teutonicas Latinis præponens, Matthias Hupfuf impreſſit Argentorati 1515. char. 47.

Sex linguarum, Latinæ, Gallicæ, Hiſpanicæ, Italicæ, Anglicæ & Teutonicæ di-

cæ dictionarius Noribergę excuſus, chartis 12. & dimid.

TITVLVS XX. DE GRAMmatica Græca, *cuius partes ſunt 8.*

*Pars* 1. *De laudibus Græcarum literarum.*
2 *De literis.*
3 *Authores artis grammaticæ ordine literarum.*
4 *De orthographia.*
5 *De lexicis.*
6 *De dictionibus aliquot Græcis: & transferendi exempla.*
7 *Vocabula aliquot Græca ordine alphabeti.*
8 *Dialogi. Epiſtolæ enim inter Latinas numeratæ ſunt.*

¶ *De laudibus Græcæ linguæ, pars* 1.

SCipionis Carteromachi oratio, Io. Loniceri, M. Antonij Antimachi, Antonij Codri, & noſtra Græcolatino Lexico, Baſileæ impreſſo in 4. anno opinor 1544. præfixa.

Latinis Græca iungenda, Auguſtinus Dathus.

Mallarij epiſtola Muſarum Græcarum apologetica.

¶ *Pars* 2. *De literis.*

De recta Latini & Græci ſermonis pronunciatione, Deſ. Eraſmus Rot. operum eius Tomo 1.

De pronunciatione Græcæ linguæ, Io. Checus Cantabrigienſis.

De ſingulis literis Græcorum, uide Etymologicon in principio ſingularum iuxta ordinem alphabeti. Vide etiam ſupra, ubi de literis Latinis, Titulo 2.

Iudicium uocalium, Luciani.

Sigma literæ accuſatio aduerſus Taû, Lucianus: Ipſius Taû reſponſio Cælius Calcagninus.

Cur Phœnicia grammata apud Gręcos literarum appellatæ ſint notæ, Leonicenus 3.21.

¶ *Pars* 3. *De libris Grammaticæ Græcæ.*

Educatio puerilis linguæ Græcæ, & fabellæ quędā Aeſopi Græcæ ad puerilem educationē gymnaſio Argentoratenſi electę. Rihelius excudit Argentorati, 1543. in 8.

Scheda baſilica, id eſt, regia, aliâs liber regius, cuius authorem puto Manuelem Moſchopulū; impreſſus opinor olim in Italia; nuper quædam ex eo ad conſtructionem pertinentia Lutetiæ publicata ſunt à Rob. Stephano. Extant etiam ſcholia in eum Græca. Haud ſcio idem ne liber, an diuerſus ſit, qui Romæ in bibliotheca pontificis extare fert̃ hoc titulo, Ἐκλογὴ καὶ σύνοψις τῶν Βασιλικῶν ξ΄. Βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον τοῦ περὶ πίστεως μόνου τίτλου προτεθέντος πάντων τῶν στοιχείων διὰ τὸ τίμιον.

Tabulæ grāmaticæ ante paucos annos excuſæ Baſileæ apud Rob. Vuinter.

¶ *Authores artis grammaticæ, ordine literarum.*

Ammomum grammaticum aliquoties citatum legi.

Anatolius Alexādrinus de grāmatica.

Arnoldi Oridryi ſum̄a Græcæ linguæ.

Caroli Girardi Græcarum inſtitutionū libelli 11.

Conſtantini Laſcaris grammatica Græca, ſiue Erotematum libri 3. Eadem Gręcolatina exiuit apud Aldum, innominato interprete.

Demetrij Chalcondylæ Erotemata, ſiue Inſtitutiones grammaticæ.

Eulogus ſcholaſticus grammaticus, nō raro ab alijs grammaticis allegatur.

Gregorij Aleandri introductio in literas Græcas.

Guilielmi Poſtelli rudimēta linguę Gręcæ in libro 12. linguarum.

Hephæſtion ſcripſit enchiridion grammaticæ.

Iacobi Ceporini, grammaticæ Græcæ compendium: quod nuper Ioan. Friſius auxit, & tabulas de ſyntaxi adiecit.

Iacobi Tuſani grammatica Græca.

Elementa grammaticæ Græcæ Ioachimi Ringelbergij.

Ioannis Droſæi, introductio.

Ioan. Loniceri cōpendium, recognitū.

